

MANVDVCTIO
Ad
THEOLOGIAM
POLEMICAM.

A
R. PATRE,
Et Doctissimo præsule
JOHANNE PRIDEAVX,
Haud ita pridem Professore Regio
Acad. Oxon: posteà Epis.
VIGORNIENSI.





OXONIÆ,

Excudebat *Leonardus Lichfield*,
veneunt apud *Tho. Robinson*;
Anno Dom. 1657.

TYPOGRAPHI

ΠΡΟΣΗΜΕΙΩΣΙΣ.

Lector benevole.



N tibi ſacrum , & ingens Enchiridiō, magnumque totius Theologiæ compendium; non ex mole, (ſiquidem Epitomen ſolum damus) ſed ex dignitate Operis & Authore æſtimandum. Authorem ſcires? pagina illum tibi prior revoluta exhibet. Johannes Prideauxius *is ipſus eſt; qui ſuperſtes, Academiæ* Oxonienſis, *& Eccleſiæ grande ornamentum, nunc utriuſque triſte deſiderium. Collegii* a *illuſtris olim Rector,* b *Cathedræ, & Eccleſiæ Vigornienſis dignisſi-*

a Coll. Exonienſis.
b Theologiæ Pro-

fessor publicus, Regiusque Annos 30. penè, dignè (si quis alius) Cathedræ præfuit.

dignissimus Antistes; Canitie, pietate omnigenâ literaturâ, & Sacrâ Infulâ venerandus. Quoties veritatis Evangelicæ vindicias, contra hæreses olim damnatas, sed sequiori seculo infeliciter repullulantes, è Cathedrâ, & auspicatò intonuit? Quoties Pelagianismi, & Socinianismi hydram ab orco revocatam, Lethali vulnere denuò contudit? quoties Bellarminum, reliquosque erroris Pontificij juratos vindices, justo Marte fudit? Dum (nec incassum) non tam argumenta vibrabat, quàm fulmina, in Arcis Pontificiæ, adeoque ipsius Capitolii ruinam valitura. Hujus (Quanti Authoris!) Tractatum tibi damus, aliâs forsan injuriâ temporis (non sine damno publico) periturum. Opus posthumum fateor, sed genuinum ἔκγονον, & Parente magno dignum.

( )

——————— Est in equis, *Horatius.*
Est in Leone Parentum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

Si cuiquam minus credulo dubium suboriatur, adeò ut dictis fidem non adhibeat, Tractatum hunc legat (moneo) & vera esse quæ dixi, tum demum certò intelligat. Nov*i quod infinita penè elumbia, insipida, pariter & inordinata prostant systemata; de quibus (quod olim de Lucio Floro* a *nonnulli, quo æstro perciti, aut quàm justè ipsi viderint) non inconcinnè dixeris,* quod brevitate suâ se implicant potius quàm explicant. *Sed tale tibi non exhibemus Compendium, nec degenerem è Trivio* Epitomen, *sed ordinatam & concinnam, judicii accuratioris & subacti sobolem; vel (quod olim* b *Justinus de suo asseruit)*

a Claudius Verderius apud Pōtanum. Confer Volaterrnum & Tobiam Magirum Eponym. Critico verbo Florus. & Mart. Zeillernū, de Hist. Chron. & Geograp. celeb. pag. 52.
b Justinus Historicus in exordio ad Antoniū Imperatorem.

ruit)

ruit) brevem veluti florum faſciculum; *minutam* (*concinnam tamen*, *&* *elaboratam*) *Theologiæ* ἐγκυκλοπαιδίαν, *Cælo Stagiritico ſimilem, intelligentiâ, & mente agitatam.*

Spiritus intus agit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem.

Inceſtari prelum, *& ſæpius* (*quam par eſt*) *indignè pollui*, *inficias ire non poſſumus*; *cum* (*quod dolere facilius licet, quàm corrigere*) *libelli famoſi*, *& infames potius quam libri, quotidie prodeunt, non tam Doctorum Scripta quàm propudia*, *& ſeverioris literaturæ improperia*, *blattis & tineis*, *aut Vulcano vel tenebris æternis juſtiùs devovenda. Sed noſtra adhuc inviolata & caſta eſt Typographia*, *nec Hæreſes*, *nec Monſtra parturit*, *nec* (*bono cum Deo*) *in poſterum parturiet. Victuris clariſſimorum hominum ſcriptis*, *Orbi*

poſt-

( )

postmodum profuturis, non portentis lubens obstetricatur, & se sterilem impendio mallet, quàm deformi puerperio fæcundam.

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyasque Invenias. ———— *Martialis.*

Tractatum nostrum nescio securius legas, an utilius: cum non sit Egypto similis apud Homerum, ubi

Πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά. *Homerus Odyss. δ. v. 230.*

Sed Jërnæ potius Britannicæ, quæ nec venenata producit, nec illata patitur. Theologiæ Sacrioris summam complectitur (quasi brevi tabellâ luculenter delineatam) non nuperæ, χθὲς καὶ πρώην, *heri & nudiustertius, è vanis hominum fanaticorum Enthysiasmis enatæ, (qualem apud nos importunè venditant, (non impunè tamen) homunciones*

 a Tre-

a Tremuli, *φρενόμωροι* & *lymphati potius*, *quàm θεόπνευστοι*, & *apud Germanos* b *Weigeliani.*) *sed antiquæ illius, Orthodoxæ, Evangelicæ, tot Patrum scriptis, & Conciliis, tot prodigiis, & Sanctorum Martyriis obsignatæ.*

a Vulgo Quakers.

b Vide Anti-Weigeliū Johani. Crocii Cassel. 1651.

Sed ne diutius te morarer, Libellus hic, quem tibi, & luci damus, (quod olim de suo c *Solinus*) Est ad Compendium præparatus, quantumque ratio passa est ita moderatè repressus, ut nec prodiga sit in eâ copia, nec damnosa concinnitas. *Vale lector & operâ meâ gratus fruere, sed non gratis; ego libros, tu nummos para, & si ames, emes.*

c Julius Solinus in Epistolâ. Autio suo inscripta, & Polyhistori inscripta,

Explicit Præfatio.

Oxon. ex Ædibus nostris Typographicis 6. Calend. Febr. Anno 1656.

LEONARDI LICHFIELD
Academiæ Tipographi.



Lector benevole, rogo, ut ERRATA hæc, aliaque levioris notæ quæ forſan ti bi occurrent legendo, calamo reſtituas.

Prior numerus paginam, alter lineam indicat.

PAg. 3. l. 4. leg. Papiſtæ. p. 17. l. 12. κεἰνατε. p. 23. l. 6. προσθῆς. p. 33. l. ult. ὁμοιούσιοι sed ὁμοούσιοι. p. 34. l. 22. Notionales. p. 40. l. 21. ἀσυγχύτως. p. 48. l. 1. primas. p. 72. l. 18. extulerunt. l. 16. erigendo. p. 95. l. 7. puellas. p. 101. l. ult. ſeductores. p. 109. l. 16. diſſipare. p 120. l. 14. intenſionem. p. 124. l. 12. queat. 135. l. 10. baptiſmus. 140 l. 21. diſcrimen. p. 166. l. tunſionem. p. 218. l. ult. infalibiliter.





Lector benevole, rogo, ut ERRATA
hæc [illegible] legendis notes: quæ
fortasse tibi occurrunt legendo,
calamo restituas.

I [illegible] pagina [illegible]
[illegible]

PAG. [illegible] l. 12. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]





SERIES LOCORUM Communium & CAPITUM.

4. De

INDEX.

12. De

30. De

Lector



MANUDUCTIO ad Theologiam Polemicam.

LOCUS I.

De Scriptura.

CAP. I. De Canone:



Heologia est (*a*) Sapientia Religiosa, ad (*b*) Salutem perveniendi.

*a Deut.*4.6. *b Rom.*1.16.

2. Hæc a (*c*) Deo (*d*) nobis in Sacris *Scripturis* (*e*) *revelatur*. *c.* 2 *Petr.* 1. 21. *d Rom.* 15. 4. *e* 2 *Tim.* 3.15.

3. In Scriptura Considerantur:
- 1. Canon.
- 2. Editiones.
- 3. Interpretatio.
- 4. Sufficientia:

4. Libri Canonici sunt vel 1. Veteris / 2. Novi Testamenti. *Eph.* 2. 20.

5. Libri Veteris Testamenti his versibus Memoriæ causâ comprehenduntur.

Sunt *Genesis*, *Exod*, *Levi*, *Num*, *Deut*, *Iosua*, (*Iudex*,
Ruth, *Samuel*, *Reges* , *Chronica*, *Ezra* , *Nehemia*, & *Esther*.
Hinc Iobus, *Psalmi*, *proverbia*, *Concio*, *Carmen*.
Post ventura canunt, *Esa*, *Jer*, & *Eze*, *Daniel*
Hoseas, *Joel*, *Amosus*, *Obadiah*, *Jonas*
Michas, *Nahumus*, *Habacuc*, *Sophonia*, *Chaggai*.
Zacharias, *Malacha Baptista monstrat Eliam*.

Rom. 3. 2. *Josephus advers: Appion*. l. 1. *Concil. Laodicen*. c. 39.
Athanas. in Synops: Hieron. in proleg. Galeat.

6. Ergo non tantum 1. Oratio *Manassis* , 2. *Psal*. 151. 3. Appendix

Job,

Iob, quæ habetur in Græcis codicibus. 4. Paſtor,ſive liber Hermetis. 5. *Machab.* l. 3. & 4. 6. *Eſdræ* 3. & 4. ſunt Apocrypha, ut concedunt Papieſt *Bell. de verbo Dei.* l. 1. c. 20.

7. Sed & librorum iſta aſſumenta 1. Sex capita cum Semiſſe libri *Eſther* 2, *Baruch Ieremiæ* 3. Tria capita *Danielis*, hoc eſt, Canticum trium puerorum, Hiſtoria *Suſannæ*, *Belis & Draconis*, Et tractatus integri 1. *Tobiæ* 2. *Iudith*. 3. Sapientię *Salomonis*. 4. Eccleſiaſticus filii Syrach. 5. Primus & Secundus Macchabæorũ Excludenda ſunt ab indubitato Canone. Quæ memoriæ ſuggerit verſiculus,

Es. Tob. Iud. Heſter. Sapi. Syr. Baru.
Ier. Dani. Man. Mac.

Hieronym. in proleg. Galeat. à quo non diſſentiunt Veteres ante Concilium Tridentinum & ad cujus limam revocari vult Recentiores *Cajetanus*.

8. Hoſce tamen libros legit Eccleſia ad exempla vitæ & formandos mores, non ad dogmata confirmanda, *Confeſs. Anglic.* Art. 6. ex *Hier.*

in præfat. in libr. *Salomonis*.

9. In Novo Testamento Canonica,
Post Mat. Mar. Luc. Jo. sunt Actus, Roma, Corinthus.
Pro Galatis, Epheso, Philippis, atque Colossis.
Thessalo, Timotheo, Tito, Philemoni, Hebræis.
Jacobus, Petrus, Johannes, Juda, Revelans.

10. Itaque Epistola ad 1. *Hebræos*. 2. *Jacobi*. 3. *Petri*, 4. & 5. Tertia *Iohannis*, 6. *Iudæ*, 7. Una cum Apocalypsi, perperàm à quibusdam è Canone eliminantur propter nonnullorum in primitiva Ecclesia de hisce libris Hæsitantiam.

Quæstiones.

1. SIt aliqua cognitio Dei Naturalis insita, quæ reddere possit homines inexcusabiles? *Alsted.* Pol. pag. 185. *Paræus* in Roman. p. 145. 237. & 296. *Meisnerus*, part. 1. fol. 1126. *Tarnovius* in *Io.* 132.

2. Scriptura Canonica sit verbum

bum Dei? *Bellarm.* De Verbo Dei lib. 1. c. 1. &c.

An 3. Sit necessaria necessitate absolutâ? *Polan. Synt.* pag. 103, *Scharp.* pag. 121.

4. In Theologicis sit primo creditum?

5. Biblia, quoad nos solummodo ab Authore Authoritatem sortiantur? *Serar.* proleg. c. 7. q. 32. pag. 21. *Alsted.* polem. pag. 281. *Sharp.* pag. 54.

6. Prę aliis omnibus Scriptis sint verissima? *Serar.* prol. c. 6. q. 3. pag. 21. *Halens*, part. 1 q. 1. Memb. 4. Art. 2.

7. Authoritas Bibliorum sit fidei articulus? *Ibid. Halens*, c. 7. q. 13. pag. 33.

Hyperbole sit in Scripturis admittenda? Neg. *Paraus* in *Gen.* c. 11. p. 961. & 1075.

8. Libri Canonici *V. T.* rectè à Reformatis assignentur? *Alsted.* polem. 285. *Scharp.* pag. 9.

9. Libri *N. T.* vulgò enumerati ęqualem sortiantur cum

 cæte-

cęteris Canonicis Authoritatem? *Alsted. Polem.* pag. 515.

10. Evangelium etiam fuerit in Veteri Testamento? *Paraus* in 1. ad *Roman.* pag. 119.

11. Constet ex effectis, Scripturam esse Θεόπνευστον? *Ter.* Exam: part. 3.

12. Lecta aut audita fidei habeat annexam promissionem? 4. c. 1. 54. *Meisnerus*, part. 1 pag. 149.

CAP. 2. *De Editionibus.*

Tantum de Canone; sequuntur Editiones.

1. EDitiones Scripturæ sunt, quibus literis diversimode consignatur, & iisdem, vel diversis linguis mundo publicatur.

2. In Veteri Testamento Hebraicus, in Novo Textus Græcus est Authenticus, ita ut ad hos fides omnium

omnium Tranſlationum ſit examinanda, erroreſque corrigendi. *Grat.* diſt. 9. Can. 6. ut Veterum. Ex *Hieronymo*, *Epiſt* 28. citat *Grat. Auguſtinum* pro *Hieronymo*. Nolunt tamen Jndices hoc purgare.

3. Itaque Editiones *Chaldaicæ*, *Syriacæ*, *Græcæ*, *Latinæ*, aut quævis aliæ, eatenus ſunt probandæ, quatenus cum Originali hoc vel illo textu conveniant. *&c.*

4. Latina Vulgaris impie ſic pro Authentica obtruditur à Papiſtis, ut nullo pretextu rejiciatur. *Concil. Trident.*

5. Oportet autem ſacram Scripturam non tantum linguâ extare unicuique nationi vulgari, ut ad præſcriptum Epiſcopi, aut Ordinarii ab aliquibus legatur; ſed proſtare etiam debet, & vulgari, ut unuſquiſque pro captu conſolationem inde accipiat. 1 *Cor.* 14.

Quæstiones.

1. SCriptura illa ipſa, quæ à Moſe & Prophetis condita eſt, ad nos uſque pervenerit? *Bell.* de V. D. lib. 2. c. 1.

2. Editio Hebraica *V. T.* ſit incorrupta & Authentica? *Idem* Ibid. c. 2.

3. Puncta Hebręorum fuerint tradita unà cum literis? *Serar.* in proleg. c. 3. q. 5. p. 8. *Scharpius*, pag. 29. *Morton*, Apolog. part. 2. pag. 30.

4. Editio Græca *N. T.* ſit incorrupta & Authentica? *Ibid.* cap. 7.

5. Novum Teſtamentum initio græcè fuerit Scriptum? *Polan:* *Syntag.* pag. 516.

6. Evangelium *Matthæi*, & Epiſtola ad Hebræos, conſcripta primitus

primitus fuerint Hebraicè? *Polan*. Ibid. 519.

7. Evangelium *Marci* Scriptum primo fuerit Latinè, & à *Petro* dictatum? Ibid. 535.

An 8. Eatenus Translatio sit probanda, quatenus consentit cum Originali? *Polan*. Ibid. pag. 526. *Scharpius*, pag. 35.

9. *Græca quam habemus versio sit*.
- 1. Septuaginta Interpretum? *Polan*. Ibid. 535.
- 2. Authẽtica? 538.
- 3. Citata à Christo & Apostolis? Ibid.

10. *Versio vulgaris Latina sit*
- 1. Hieronymi? Ib. 544. *Alsted*. Pol. 288.
- 2. Authentica? *Alsted*. pag. 287.
- 3. Integra; Ut ei fidat lector? *Polan*. 539 & 547. *Scharp*. 29.

11. Versio

11. Versio *Chaldaica* V.T. sit probanda? *Bell.* de V.D. l. 2. c. 3.

12. Versio *Syriaca* N. T. sit Authentica & syncera?

13. *Arabica* Versio cęteris praeferatur?

14. Scripturae quaevis sana Translatio sit propriè verbum Dei?

15. Scriptura sit vulganda ubivis in ea linguâ, quam populus intelligat? *Bellarm.* de verbo Dei. *lib.* 2. *cap.* 15. *Tom.* 1.

CAP. 3.

De Interpretatione & Controversiarum Judice.

1. INterpretatio Scripturae est sensus genuini congrua explicatio.

2. Sensus iste est vnicus, is nimirum, quem intentio dicentis, & rei significatae Natura exigit. Itaque non

non ſolidum illud vulgatum: Litera *geſta* docet, quid credas *Allegoria*, *Morale* quid agas, quò tendis *Anagogia*: *Allegoria* eſt modus tantum eundem ſenſum enuntiandi; *Tropologia*, & *Anagoge* applicandi.

3. Eſtque vel { 1. Simplex. 2. Compoſitus.

4. *Senſus ſimplex exhibetur abſque Typi Nucleo. Eſtque* { 1. Proprius, abſque omni Tropo & ſchemate; ut Ecce virgo concipiet. *Eſ.* 7. 14. 2. Figuratus aliquo habitu Rhetorico; ut alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili. *Bell.* de V. D. l. 3c3.

5. In ſenſu Compoſito præter immediatam verborum ſignificationem Res ipſæ aliquid deſignant: ut Typi Antitypa.

6. Ergo duplex prędicatum attribuitur uni ſubjecto, & reſolvendæ

ſunt

ſunt tales propoſitiones: hoc modo, ut os non comminuetur ex ipſo: *A.* id eſt, Agni paſchalis, Chriſti. *Exod.* 12.46. Ubi duplex impletio, immediata in Typo: mediata & primaria in Antitypo. Quod privilegium eſt tantùm ſacrę Scripturæ, in qua non ſolum res per verba adumbrantur, ſed res ipſę futura denotant.

7. *Nam aliquid* V. T. *impletur in* N. T. *tribus modis.*

- 1. Hiſtoricè; ut Ex Bethlehẽ egredietur Dux, *Mich.* 5. 2. *Matt.* 2. 6.
- 2. Typicè; ut Hodiè impleta eſt Scriptura, *Luc.* 4 21.
- 3. Analogicè: ut Vox in Rhama audita eſt, *Jer.* 31. 15. *Matth.* 2. 18. & Nazareus vocabitur, *Ibid.* 23. id eſt: Chriſti adventu renovata fuit iſta lamentatio & Chriſto competebat. Analogicè

logicè typus *Samsonis Sultet.* delic. Evang. c. 29.

8. *Vel impletur aliquid V. T. cum in Novo vel fit*

1. Id ipsum de quo propriè Scriptura loquitur; ut Ecce virgo pariet, *Esai.* 7. 14.
2. Quod per aliud significatur: ut Ego ero illi in patrem, 2 *Sam.* 7. 14.
3. Quod est simile: ut populus labiis me honorat, *Esaiæ* 29. 13. Applicatum *Matt.* 15. 7.
4. Magis magisque: ut crediderunt Apostoli *Joh.* 2. 11. *Maldonat:* in *Mat.* c. 2. v. 23.

9. *Unde Regulæ tres.*

1. Ex solo sensu literali petenda sunt Argumenta efficacia: quia, *Theologia Symbolica non est Argumentativa*

Bellar-

Bellarm. de V. D. lib. 3. c. 3. ex *Aquin.* part 1. *Et Hieron.* in 13. *Mat.*

2. In ſenſu Simplici urgendum τὸ ῥητὸν: In Compoſito διάνοια.

3. In Parabolis non premunt Circumſtantiæ, ſed Scopus. *Chryſoſt.*

10. Siquidem Scriptura eſt obſcura, non in agendis, ſed cognoſcendis, non ab omni Chriſtiano, ſed Theologo; ut natet in illa Agnus humilis, & turbetur vel obruatur Elephas. *Gregorius Magnus* in Moralibus.

11. *Ergo in ipſius Interpretatione attendenda ſunt*
1. Media.
2. Moderator, ſive Iudex.

12. *Media iſta ſunt vel*
1. Inſita Conatus proprii.
2. Aſcita ſuppeditati extrinſecus auxilii.

13. *Media*

13. *Media primi generis sunt præcipue quinque.*
- 1. Analogia fidei *Rom.* 12. 6.
- 2. Collatio locorum similium & dissimilium *Aug.* de Doct. Christ. l. 2.c.6.
- 3. Consideratio scopi & circumstantiarum *Hier.* sup.cap. 5. *Mat.*
- 4. Inspectio Linguarum Originalium.
- 5. Seria Dei Invocatio ab Animo veritatis studioso.

14. *Media ascita sunt*
- 1. Ecclesia.
- 2. Concilia.
- 3. Patres.
- 4. Recentiores
  - 1. Scholastici.
  - 2. Commentatores

15. Ecclesia (non factio papicolarũ cum & sub Romano Pontifice, sed Pro-

Professorum hinc inde Dei voluntatem ad præscriptũ scripturæ annuntiantium series Catholica) Est Scripturarum Index tantùm non Iudex, quæ Authoritatem illis non dat, sed declarat. Neque enim propter sed per Ecclesiam Scripturę αὐθεντίαν admittimus.

16. Concilia quatuor prima Generalia *Nicænum*, *Constantinopolitanum*, *Ephesinum*, *Chalcedonense*, ab Orthodoxis recipiuntur; Reliqua non probantur per omnia, quia Adolescente Antichristo, ipsius evenit imposturis & Tyrannide, ut in quamplurimis pars Major vicerit Meliorem. *Rex Jacobus* in Monitoria præfat.

17. Patres probantur potius, in exegeticis, quàm in paræneticis, in quibus Rhetoricantur nonnunquam, vel receptos errores non discutiunt seriò, vel (ut fit in ligno incurvo) flectunt *in oppositum*, ut ad *rectitudinem* perducant.

18. Attendendi igitur sunt *consentientes*, non *altercantes*, *dogmaticè loquentes*, non *problematicè*, non credendi

dendi *necessitate*, sed examinandi *libertate*, quia non exhibent Theologiæ *fundamenta*, sed Theologis *Adjumenta*.

19. *Iudex Interpretationis potest esse duplex.* { 1. Personalis. 2. Normalis.

20. Personalis non quærendus in hoc mundo, ante ultima Comitia, quia Spiritus Sanctus pollicetur, se adfuturum rectè utentibus Mediis.

21. Itaque Papa non est Judex Controversiarum, sed judicandus, ut Cæteri, sicubi à Norma Scripturæ deflectat.

22. Judex enim Normalis ex parte rei est solummodò sacra pagina; *Verbum judicabit.* Ex parte applicationis nihilominus relinquitur Judicium Directionis *Pastoribus*; Discretionis *Ovibus*, quibus religio est suadenda, ἐν ὑμῖν
non imperanda, veritate non vi, αὐτοῖς
Concionibus non Comitiis: *Vos Ipsi* κρίνατε
judicate 1 Cor. 11. 13. Ut fecerunt cum laude Beroenses. *Act.* 17. & facere tenentur prophetæ, 1 *Cor.* 14, 29.

& reprehenditur Turba quod non fecit, Luc. 12. 57.

23. Ut ſedentur igitur Controverſię inter veritatis ſtudioſos, Perſonas aut Eccleſias, non alia nobis in via relinquuntur media, niſi ut conveniant Docti in legitimo Concilio ad ductum Apoſtolorum, *Act.* 15. ubi 2 Scriptura ſit Amuſſis omnium Decretorum, & Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciantur, 1 *Cor.* 14. 32. Qui ſi 3 non conveniant in omnibus in eo, ad quod perveniant, Idem ſapiant, permanentes in eadem Regula, & expectent, dum aliter ſapientibus Deus veritatem revelaverit *Phil.* 3. 15, 16. Quicunque hanc Regulam ſequuti fuerant *pax ſuper illos & Miſericordia & ſuper Iſrael Dei*, Gal. 6. 16.

24. Ut autem lites omnes penitus tollantur, expectandus eſt ille Dies ſupremi Judicii, in quo inter ſuperſtructiones *Auri* & *Ligni*, *Argenti* & *ferri*, *lapidum* pretioſorum & *ſtipulæ* patebit diſcrimen, 1 *Cor.* 3. 12.

25. Interea oportet hæreſes eſſe

fuerunt

fuerunt, *sunt*, & *erunt*, ut qui *probati* sunt *Manifesti* fiant in nobis, 1 *Cor.* 11. 19.

Quæstiones.

1. S*Criptura sit obscura?* Bellarm. *de* V. D. l. 3. c. 1. Alsted. *Polem*. pag. 294.

2. *Unicum tantùm sensum habeat, eumque literalem?* Aquinas p. 1. q. 1. *art*. 10. Scharpius *p*. 82. Meisner. *part*. 2. *pag*. 862.

3. *In unica Oratione simplici Vox una sustinere possit duas significationes?* Meisner. *part*. 1. *pag* 240.

4. *Interpreti liceat interdum addere voces, quæ in Originali non habentur?* Ibid *p*. 2. *fol*. 959. & 966.

5. *Dictamen rationis non super-*

pernaturaliter illuminatum rectè judicet de Scriptura consequentiis Prolæus *Mateol.* Socinian. p.21.

6. *Theologia Symbolica sit Argumentativa?* Aquinas *par.* 1.

7. *Major sit Authoritas unius Ecclesiæ particularis in interpretandis Scripturis, quàm alterius?*

8. *Concilia quatuor generalia prima plus faveant Pontificiis, quàm Reformatis?*

9. *Pontificii pluris faciant Patres in dirimendis litibus, quàm Protestantes?* Morton. Ianſenius. Laurentius *in tractatu: Reverentia Romanenſium erga patres ſubdola.*

An 10. *Papa vel aliquis alius Judex perſonalis infallibilis ſit in hac vita ad Controverſias determinandas?* Polan. Scharp. *pag.*92. Davenant.

11. *Interpretatio Scripturarum ſit Eccleſiæ neceſſaria?* Scharp. 633.

12. *Diri-*

12. *Dirigenda sit secundum certa Media?* Ibidem.

13. *A privatis possit ad Examen revocari?* Ter.

14. *Unusquisque possit ex textu juxta privati Spiritus Dictamen sibiipsi religionem efformare, vel Scripturam Interpretari?* Prolæus Mateolog. Socinian. c. 2. q. 5. *pag.* 38.

15. *Excluso infallibili Interprete in Mediis syncerè applicatis, acquiescere possit conscientia?*

16. *Auditoribus de suis pastoribus judicare liceat?* Par. in 1 *Cor.* 4. p. 215.

17. *Ultima resolutio fidei sit in sacras Scripturas?* q. d. v. 13. *p.* 174.

CAP. 4.

De Sufficientia Scripturæ & Traditionibus.

1. SUfficientia Scripturæ est ejus integritas & perfectio, qua omnia credenda, speranda, & operanda, quæ viatori sunt necessaria ad salutem complectitur, 2 *Tim*. 3. 17. *Scot*. in proleg. sent. q. 2.

2. Itaque non est Norma tantùm partialis, sed totalis; quę excludit Traditiones Dogmaticas de fide, non Historicas aut Rituales de rebus *Adiaphoris*, quia omnia ad salutem necessaria aut expresè habentur in sacris literis vel necessariâ consequentiâ vel Anologicè *Alsted*. p. 225.

3. Admittenda igitur est tantùm Traditio, ut sumitur pro Actione Tradentis, non pro Doctrinâ tradita, quia

4. Scriptura est Canon. *Canon* autē est μέτρον ἀδιάψευστον πᾶσαν πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν μηδαμῶς ἐπιδεχόμενον. *Varin. Theoph. Basil.* vide *Polan.* Synt. p. 272. Et proinde

5. κἂν ἀφέλῃς, κἂν προσθῇς, ἐλυμήνω τὸ πᾶν Photius apud Oecumen. in 3. *Philip.*

Quæstiones.

1. O*Mnia ad salutem necessaria in sacris Scripturis comprehendantur?* Colloq. Ratisbon. Bellarm. *lib.* 4. *de Verb. D.* Carleton *Consens.* E. 1. qd v. 3. 115. p. qd v. 4. 56. qd 6. 259. qd 7. 17. & 175. qd v. 12. 27. & 243. Joh. 20. ult. 2. Tim. 3. 16.

2. *Scriptura sit perfecta sine Traditionibus?* Polan. *p.* 749. Alsted. *Polem.* 299. Scharp. *p.* 125. Meisner. *p.* 1. *fol.* 9.

3. *Dentur Divinæ & Apostolicæ Tra-*

An { *Traditiones, quæ ſint ejuſdem Anthoritatis cum Scriptura?* Polan. Syntag. 749. & 791.

4. *Scripturæ Principalis finis ſit Commonitorius?* Pareus in Romanos, *p.* 1651. & in 1 *Cor.* 4. *p.* 240.

5. *In Scripturis exponendis ſit licitum Recentioribus à Majorum Traditionibus diſcedere? eaſque corrigere aut Rejicere?*

LOCUS.

LOCUS. II.

De Deo.

CAP. I. de Dei Natura.


Ubjectum Theologiæ est Deus, tam in obliquo, quàm in recto. Est enim à Deo, *de* Deo, *ad* Deum.

2. *Ejus partes duæ sunt de* { 1. Deo. 2. Ecclesia. } *Symbolum Apostolicum.*

3. *Deus est Jehova Elohim*;

4. *In Deo igitur attendenda sunt.* { 1. Unitas Essentiæ: 2. Trinitas Personarum.

5. Essentia est ipsa Deitas absolutè considerata.

6. In

6. In hac observantur prædicata { 1. Absoluta, proprietates, sive perfectiones essentiales. 2. Respectiva, vulgo Attributa.

7. Proprietates sunt hujusmodi quæ Deo à priori competunt.

8. *Suntque vel* { 1. Incommunicabiles 2. Communicabiles

Negantes. 9. Incommunicabiles sunt, quæ à Deo removent omnem imperfectionem.

10. Ista autem sunt vel { 1. Causæ { 1. Internæ, unde Simplicitas. *Deus siquidem est actus purus, cujus esse est Essentia.* 2. Externæ, unde *Immutabilitas.*

2. Subjecti

2. Subjecti, nempe Loci, unde *Immensitas.*

3. Adjuncti Temporis, unde *Æternitas.*

11. Proprietates communicabiles sunt, quæ Deo asserunt omnem perfectionem *Affirmative.*

1. Intellectus, ut Omniscientia

1. Simplicis intelligẽtiæ possibilium, quæ dependet ab Omnipotentia *absolutâ.*

2. Visionis futurorum, quæ inter *Decreta.*

3. Mediam scientiam Iesuiticam *non* agnoscimus.

12. *Quæ*

12. *Quæ est vel*

2. Voluntatis, quę elucet in
- 1. Veritate.
- 2. Bonitate.
- 3. Libertate i. ab interna necessitate. 2 Vi externa. 3. Legis impositione.

3. Potentiæ, unde Omnipotentia faciendi quod vult, & non faciendi quod non vult. *Aquin.* p. 1. q 25. Art. 3. Aliter esset imperfectior Angelis aut Hominibus, qui possunt facere plus quā volunt. 1 *Sent*, dist. 43.

- 1. Culpabiles, ut Mentiri, non velle.
- 2. Pœnales, ut Metuere, dolere.
- 3. Corporales, ut dormire, edere, bibere, quæ Deo attributę ἀνθρωποπαθῶς intelligendæ

12. *Itaque à Deo removentur Actiones* { 4. Inconvenientes, quę repugnant 1. Ipsius potentiæ, ut facere majorem se, vel sui æqualem. 2. Veritati, ut efficere Contradictoria simul esse vera; ut quod præteritum esset futurum. 3. Bonitati, ut damnare *Petrum*, & *Judam* servare.

14. Nam hujusmodi non arguunt *libertatem*, sed *labilitatem*: Quædam non potest Deus, quia Omnipotens. *Augustin.*, *de* Civitat. Dei. lib. 5. c. 10. Ideo enim Omnipotens, quia ista non potest: Potest, si vellet, sed impossibile est, ut vellet. *Aquin.* p. 1. q. 25. Art. 3: Ratio est, quia est immutabilis, & habet potentiam tantùm Activam non Passivam. Rectiùs tamen dicitur: Ista non posse fieri, quàm Deum non posse facere. *Zanchius.*

15. Attributa Deo competunt à posteriori, quatenus refertur ad Creaturas.

16. *Suntque vel*

1. Omnipræsentia; profluens ab immensitate: juxta illud: *Enter, præsenter, Deus hîc & ubique potenter.*
2. Justitia, à veritate Remunerans & puniens per Iram, quæ non *affectus* à Deo, sed *effectus* ab hominibus.
3. Gratia & Misericordia, à Bonitate & Libertate. Hæc dat, quod deest; Illa remittit, quod debetur.

17. Ergo Deus est sine qualitate *Optimus*: sine quantitate *Maximus*. supra omne illud, quod cogitare potest mens Creata, *a* quo, *in* quo, & *per* quem sunt omnia.

Quæstiones.

1. D*Eus sit subjectum Theologiæ?* Aquin. p. 1. q. 1. *Art.* 1.

2. *Symbolum Apostolorum ab ipsis Apostolis fuerit concinnatum?* Martinius *in procatach.*

3. *Deum esse sit demonstrabile?* Aquin. p. 1. q. 2. *Art.* 2.

4. *Deus sit actus purus, sine omni compositione & Accidente?* Ibid. q. 3. Prolæus *Mateol. Socinian. cont.* 1. q. 7.

5. *Deus sit immutabilis?* Ibid. q. 9. Prolæus *Cont.* 1. q. 6.

6. *Solus Deus sit ubique?* Ibid. q. 8.

7. *Deus sit æternus sine distinctione prioris & posterioris?*

8. *Detur scientia Media?* Dr. Prideaux *Lect.* 2.

9. *In Deo sint Ideæ rerum omnium?* Aq q. 15.

10. *Detur creatura media inter creatorem & alias creaturas temporales?* Stegman.

11. *Justitia, Misericordia & reliqua Attributa Dei sint ipsi essentiales?* Prolæus V. S. q. 9.

12. *Potentia Dei extendatur ad impossibilia & Contradictoria?* Aquin. V. S. q. 25.

13. *Deus ab intellectu creato plenè cognosci possit?* Ibid. a. q. 12. ad 14.

14. *In Deo aliquid sit futurum?* Arriba varior diff. l. 3. a cap. 11.

CAP. 2.

De Personis.

1. TAntum de unitate essentiæ: sequitur Personarum Trinitas.

2. Persona est essentia contracta ad certum & peculiarem subsistendi modum.

3. τρόπος iste ὑπάρξεως non componit, sed distinguit, idque relativè non absolutè.

4. *Personæ sunt tres.*
- 1. Pater.
- 2. Filius.
- 3. Spiritus Sanctus *Mat.* 3. 16. & 24. 19. 1 *Jo.* 5. 7.

5. Trinitas dicenda est, non triplicitas; in qua, Ordo quidem est, inæqualitas non est, distinctio non diversitas, quia non sunt ὁμοιούσιοι sed ὁμοούσιοι.

6. Alius eſt Pater à Filio, ſed non aliud, & eſſe Patris eſt eſſe Filii, & eſſe Spiritus Sancti: ſed eſſe patrem non eſt eſſe Filium, aut eſſe Spiritum Sanctum: Quia non diſtinguuntur eſſentialiter, ſed realiter, non realitate abſoluta ſed relativa, unde ab ipſa Deitate differunt non re ſed ratione.

7. *Differentia iſta eſt vel*
- 1. Interna per propria
- 2. Externa per appropriata, unde Actiones dicuntur in Trinitate vel Trinitatis

8. *Propria iſta ſunt*
- 1. 'Αγενεσία ſive gignere & eſt Patris.
- 2. Γένεσις ſive gigni & eſt filii.
- 3. εκπορευνσις procedere & eſt Spiritus Sancti.

9. Appellantur Idiomata, Relationes, Characteres Perſonales, ſive Actiones Nationales. *Unde illud.*

10. *Opera Trinitatis ad Intra ſunt diviſa, Indiviſa verò ad Extra.* Auguſtin.

11. Pater

11. Pater eſt prima Perſona Trinitatis qui Filium ab æterno genuit *Pſal.* 2.

12. Itaque eſt Fons in Deitate , & cæteris Perſonis prior ; non tempore aut dignitate , ſed ordine & originatione.

13. Filius eſt ſecunda Perſona à patre per æternam Generationem exiſtens. *Joh.* 1.

14. Principium eſt de principio , & Deus de Deo non αὐτόθεος à ſe, ſed in ſe , Secundum eſſentiam αὐτόθεος , Secundum Perſonalitatem à patre.

15. Spiritus Sanctus eſt Tertia Perſona à Patre & Filio per ęternam proceſſionem exiſtens, à patre quoad principium Spirationis , à Filio per Spirationem ſimpliciter.

16. Appropriata ſunt externi effectus qui in relatione ad creaturas, Singulis ſic attribuuntur, ut tamen ſimul competant omnibus, ſic potentia patri , Filio Sapientia , Charitas Spiritui Sancto præcipuè aſcribuntur , cum tamen hæc omnia omnibus rectè attribuantur *de Combis. Turrecremata.*

Quæstiones.

1. S*It unus Deus tribus personis distinctus* Bell. *de Christo* l. 1. & 2. Zanchius *de* 3 *Elohim* Proleus *Mateolous. Socin. Cont. special.* 4.

2. *In divina Natura sint processiones duæ, personæ tres, relationes quatuor, Notiones quinque?* Aquin. *part.* 1. *q.* 27. *& seqq.*

3. *Trinitas Personarum possit per rationem Naturalem cognosci?* Aquin. *p.* 1. *q.* 32. *act.* 1.

4. *Circa Relationes & notiones liceat diversimodè opinari?* Ibid. *q. Art.* 4.

5. *Patri competat principium Filii & Spiritus Sancti?* Ibid. *q.* 33. *Art.* 1.

6. *Filius à patre semper, & continuè*

An continuè gignatur? Bellarm. Polanus.

7. *Deus Pater ab æterno ex essentia genuerit Filium?* Prolæus V.S. *Cont. Spec.* 4. *q.* 2.

8. *Spiritus Sanctus sit Persona divina?* Prol. V.S *cont.* 3.

9. *Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedat?* Bellarm.

10. *Nominatim Invocandus?* Cassand *pag.* 298.

10. *Essentialia personis rectè approprientur, quæ distinguantur tantum per Relationes.* 1 Aquin. *Ibid. a. q.* 39. *ad* 43.

LOCUS.

LOCUS. III.

De Christo Capite Ecclesiæ.

CAP. I.



Ita præmittuntur de Deo; succedit secunda pars Theologiæ, quę est de Ecclesia.

2. Ecclesia est cætus eorum, quos Deus gratuitâ vocatione ad gratiæ & glorię suæ communionem evocat.

3. *In hac consideranda occurrunt* { 1. Partes. 2. Privilegia.

4. *Partes sunt* { 1. Caput. 2. Membra.

5. *Caput*

5. *Caput est vel.*	1. Verum : Christus. 2. Vanum sive Brassicatum : Papa.

6. Christus ut Caput est Ecclesiæ est verbum Caro factum, seu persona in cujus singularitate, duæ unitę sunt naturæ salvis earum proprietatibus ad humani generis Redemptionem. *Joh.* 1.

7. *Consideratur igitur velut*	1. Deus. 2. Homo 3. Θεάνθρωπος.

8. Divina Natura erat ab æterno immutabilis, quę in plenitudine temporis assumpsit naturam humanam ex purgato per Spiritum Sanctum *B.* virginis semine, ut quà Deus potuisset pro peccatis nostris satisfacere: quà Homo pati potuisset, & in eadem Natura, quæ peccasset, satisfacere.

9. Humana Natura similis prorsus erat nostrę, excepto peccato; tum

quoad partes, nempe Animam & Corpus, tum quoad Accidentia, proprietates scilicet & Infirmitates, miserabiles non damnabiles, pœnales non peccatrices, Naturales non personales.

10 *Differt autem à Nostra*
- 1. Ratione *Ortûs*: non ab humano semine.
- 2. Modo *Subsistendi*: subsistentiã enim habuit non à se, sed à Deitate.
- 3. Mirâ *Personalitate*: ex duabus Naturis.
- 4. Immunitate, à vitiosis Accidentibus.

11. Atquè hinc Oritur *Unio* ista *Hypostatica*, quà Deitas habitat in humanitate corporaliter, & Humanitas Naturæ devinæ ἀληθῶς, τηλέιως, ἀδιαιρέτως, ἀσυχύτως Unitur; Non Conversione divinitatis in hominem, sed assumptione humanitatis in Deũ, quæ vulgò dicitur Incarnationis Mysterium. 1 *Tim.* 3. 16.

12. Con-

12. Consistit autem in Communicatione subsistentiæ verbi Humanę Naturæ; non in Idiomatum transfusione : juxtu illud.

Sum, quod Eram, nec eram, quod sum, nunc dicor utrunque:
Ignoras, nisi me stirpe ab utraque tenes.

13 Itaque distinctæ manent proprietates utriusque naturæ in una persona. Et prædicantur per communicationem Idiomatum συνεκδοχικῶς; in Concreto non abstracto: Ut Deus, non Deitas acquisivit Ecclesiam suo sanguine. 1 *Cor.* 2. 8. *Act.* 20. 28, 2. Filius hominis, non humana Natura dat vitam æternam. *Joh.* 3. 13. Totus Christus est ubique, sed non Totum Christi vel Totalitèr. 2, *sentent.* destinct. 22. *Aq. p.* 3. *q.* 32. *Art.* 3.

14. Anima Christi proficiebat gradatim scientiâ: Non divina, sive Increata vel Humana Beatifica, qua Deus per essentiam videtur, aut in-

fusa

fusa saltem quoad habitus; sed acquisita & experimentali quoad actus & habitus. *Luc.* 2. 52.

15. Itaque ab ipsa sua Creatione non repleta fuit scientia & gratia ut nihil prorsus dedicerit. Asserunt Scholastic. 3. *sent. dist* 13. Neque interim ignoravit aliquid privativè, quod tenebatur scire, sed nescivit negativè absque peccato, quod ætati & Conditioni non competebat.

16. Pertulit in horto & Cruce pœnas nobis debitas, infernales non Inferni, damnandorum, non damnatorum, quas sensit hómo, vicit Deus; satisfactorias reddit, personæ Θεανθρώπου dignitas, & Communicabiles omnibus electis infinita patientis Charitas.

17. Et descendit postea localiter in Infernum, non ad patiendum vel patres è lymbo educendum, sed ut nos securos reddat de liberatione ab isto Carcere, quem ipse in nostra natura evicit. *Rom.* 10. Ut 2 Constaret potestatibus Tenebrarum satisfactum fuisse per hominem divinæ institiæ

1 *Cor.*

1 *Cor.* 15. Ut de Satana in proprio triumpharet. *Coloss*, 2.

18. Ergo non tantum in utraque Natura; sed secundum utramque Naturam Christus Θεάνθρωπος est nobis Mediator.

19. *Quod Munus Obit ut*,
- 1. Propheta per.
  - 1. verbum.
  - 2. Sacramenta
- 2. Sacerdos per.
  - 1. Satisfactionem.
  - 2. Intercessionem
- 3. Rex.
  - 1. Per Rerum omnium conservationem.
  - 2. Gubernationem.
- Specialiter verò *Ecclesiæ*.

2. In cujus gratiam, non in propriam

priam

priam exaltationem, quicquid pertulit, subivit, ut non sibi ipsi, sed nobis dicatur meruisse.

Quæstiones.

1. *Christus extiterit secunda persona in Trinitate ab æterno?* Bellarm. *de Christo lib.* 1.

Rectè Dicatur Αὐτόθεος. Bellarm. *lib.* 2. *c.* 19.

3. *In una Christi persona sint duæ distinctæ naturæ?* Bell. *Ibid. l.* 3. *usque ad cap.* 9.

4. *Ex Unione Hypostatica sequatur Communicatio Realis Attributorum?* Ibid. *c.* 9.

5. *Humanitas Christi possit esse ubique?* Ibid. *cap.* 11.

6. *Præsentia Corporis Christi in pluribus locis simul sit possibilis?* Bellar. *l.* 3. *cap.* 1. Calvi. Inst. *l.* 4. *c.* 17.

7. *In-*

7. *Incarnatio fuerit possibilis?* Aq. *part*. 3. *q*. 16.

An 8. *Prædicationes inusitatæ, in Incarnationis Doctrinâ sint admittendæ?* Ibid. *q*. 17.

9. *Anima Christi ab ipso conceptionis Initio fuerit prorsus omniscia?* Bellar. *lib*. 4.

10. *Pertulerit pœnas Infernales?* Bell. *Ibid.*

11. *Descenderit ad Lymbum patrum ut illos inde educeret?* Idem. *Ibid.*

12. *Animæ piorum fuerint in cælo ante Christi ascensionem?* Ib.

13. *Anima Christi localiter descenderit ad locum damnatorum?* Bell. *ibid. Aq. p.* 3. *q*. 51.

14. *Christus sit Mediator secundum utramque naturam?* Ib. *l*. 5. Feild. de *Eccles. lib*. 5. *c*. 16. *Mort. Inst*. 1. *Part. Apolog. c*. 53. *p*. 194.

15. *Aliquid sibi ipsi meruerit?* Feild. *l*. 5. *c*. 20. Bell. *l*. 5. *de Christo. cap*. 9. & 10. Becan. Ench. *l*. 3. *c*. 2. *q*. 4. *p*. 354.

Lom-

Lombard. 3. *sent. dist.* 18. *Zanchius præfat. ad confess. & in Epist. ad Stuckinm l.* 1. *p.* 212. *Aquin.* 3. *part. q.* 19. *ar.* 3 Calvi. Inst. *l.* 2. *c.* 17. *sect.* 6. *Feild.* V. S. *c.* 20.

LOCUS.

LOCUS IIII.

De Romano Pontifice.

CAP. I. *De Monarchia.*



SIc de Ecclesię Capite genuino: ſequitur caput Fictitium, quod eſt Pontifex Romanus.

2. *De quo tria occurrunt perpendenda.*
- 1. Monarchia.
- 2. Apoſtaſia.
- 3. Poteſtas.

3. Regimen Ecclesię eſt Monarchicum reſpectu ſolius Chriſti non ſubſtituti alicujus vicarii.

4. Itaque Petrus non obtinuit ſupremátum aliquem in Reliquos Apoſtolos: ſed accepit claves cum reliquis non ſupra reliquos eoſque cæli non terræ, ut primus propter ætatem, Ze-

lum,

lum, parrhisian, non primus; ad oves Christi pascendas, non suas. *Matt.* 16. *Joh.* 21.

5. Probabile est ipsum, Romæ nunquam sedem fixisse, cùm Circumcisio erat ipsi designata: Scriptura hoc prorsus taceat, & nitatur tota narratio fide versatili dissentientium Historicorum.

6. Ergo papa non est magis Petri successor, quam quivis alius Episcopus, qui Petri amplectitur & prædicat Doctrinam.

Quæstiones.

1. E*cclesiæ Regimen debeat esse Monarchicum?* Bell. *de Rom pont lib. à Princip. ad cap.* 10. Spalatensis *lib.* 1. *cap.* 12.

2. Petrus *fuerit totius Ecclesiæ caput à Christo constitutus?* Idem *inde ad finem* Feild de *Eccla. l.* 5. *c.* 22.

3. Rome

An | 3. Romæ *unquam fuerit, ibique Episcopus mortuus?* Idem *Ib. l. 2. ad cap.* 12. Becanus *Enchyrid. l.* 1. *c.* 4.

4. *Papa Romanus, sit legittimus & solus* Petri *Successor? à cap.* 12. *ad finem libri.*

CAP. 2. *De Apostasia.*

1. APostasia Pontificis est à legittimo Episcopo in Antichristum degeneratio.

2. Anti-Christus hîc non intelligitur communiter, ut designat quemvis adversarium, qui se Christo opponit *Joh.* 2. 18. Sed speciatim, ut indigitat, sive proprie seriem insigniorem Adversantium, sive caput istius factionis. Itaque,

3. Non est una persona Natura, sed instituto; non numero, sed ordine surrogationis. Ut vicarius Christi, non personæ est titulus, sed muneris,

 undè

unde Naſcens, creſcens, Triumphans, cadens pro vario Eccleſiæ conflictu, AntiChriſtus dicatur.

4. Opponere autem ſeipſam poteſt talis factio cum Ductoribus, aut apertè ſic Turca, vel occultò vel hypocriticè, ſic papa AntiChriſti ſtigmate inuritur.

Quæſtiones.

1. *AntiChriſtus ſit una perſona?* Bell. *l.* 3. *c.* 2.

2. *AntiChriſtus nondum venerit?* Ibid. *c.* 3.

3. *Innoteſcat certò per Numerum* Nominis? Ibid. *c.* 10.

4. *Character illum prodat?* Ibid. *c.* 11.

5. *Naſciturus ſit ex ſtirpe Judaica* Ibid. *cap.* 12.

6. *Judæi recepturi ſint ipſum pro* Meſſia? *Ibid.*

7. *Sedem*

An { 7. *Sedem* Romæ *sit fixurus?* Ibid. *c.* 13.
8. *Palàm sit Christo adversaturus?* cap. 14.
9. *Facturus sit miracula?* Ib. *c.* 16.
10. *Gog & Magog habituri sint cum illo aliquid* Commercii? *c.* 17.
11. *Pontifex Romanus sit* Magnus *ille AntiChristus?* Bell. *l.* 3. }

CAP. 3. *De Pontificis potestate.*

1. POtestas Pontificis est Authoritas quam in Christianos cujuscunque conditionis vendicat.

2. *Estque vel* { 1. Spiritualis in Ecclesiasticos.
2. Temporalis in Magistratus. }

3. Prælati non præesse debent Imperio, sed Ministerio, Authoritate paterna, non herili, pastorali non Regali, directivâ non coactiva, quia non gerunt gladium sed claves.

4. *Itaque Papa*
1. Non est Supremus Judex Controversiarum fidei & morum.
2. Non habet certum Judicium; quia multi ex illis errarunt & fuerunt Hæretici, & Johanna, Impudica fœmina.
3. Non habet Judicium Coactivum, ut leges ferat quæ obligent conscientias.
4. Non obtinet Jurisdictionem immendiate à Deo, aut Reliqui Episcopi per illum.

5. Patres autem consuluerunt antiquitus Papam, non ut Judicem, sed ut conservum & fratrem, qui surreptitiam

itiam obtinuit Authoritatem ; vel propter Honorem ſedis, ex Nonnullorum Epiſcoporum virtute & Imperii Reverentia : vel 2. Timorem excommunicationis in tenebricoſa Temporum Inſcitia. 3. Ambitione præfracta & importuna Romana, ſive inflata ex rerum abundantia, Alienigenarum certâ devotione, Imperii debilitate, & rerum domeſticarum ſucceſſu, non ex divino inſtituto aut ex Petri privilegio. *Bilſon.* de Obd. p. 43. Roffenſis in *Bell.* l. 2. c. 4.

6. Reges & Magiſtratus Politici immediatè ſub Deo, habent jus Coactivum in omnes ſuos ſubditos, tam Clericos, quàm *Laicos*. Rom. 13.

7. Unde diverſo reſpectu, Magiſtratus & Miniſter primas obtinent: iſte in legatione ſua, ad monendum, increpandum &, ſi opus ſit, excommunicandum: Alter pro ſuo Munere, Gladio feriendum, cogendum, ut juxta inſtitutum divinum prælati vel ſubditi fideliter munera ſua obeant.

8. Ergò si summus Magistratus sit Tyrannus, gubernatione non usurpatione, non deponendus à papa vel quovis alio, sed ferendus ab omnibus suis subditis non feriendus, quia,

9. Papa nec directè nec indirectè obtinet Authoritatem in Temporalibus, vel successionis, Electionis, juris belli, aut donationis titulo, transtulit imperium.

10. Ideoque non potuit jure transferre Imperium à Gallis ad Francos, à Francis ad Germanos, nec (quicquid blaterant ipsius Sycophantæ) reverâ transtulit.

Quæstiones.

1. *Christus Jurisdictionem Ecclesiasticam supremam soli Pontifici Romano Contulerit?* Bell. *l.* 4. *c.* 22.

An {

2. *Papa plus obtineat Authoritatis in alienæ ditionis Episcopos, quàm illi in ipsum?* Oxoniensis Academ. *ad Regem* Henricum. 8.

3. *Possit errare in determinationibus Ecclesiæ universali necessariis* Bell. *l.* 4.

4. *Fuerit aut possit esse Hæreticus.*

5. *Fæmina Johanna unquam fuerit papa?* Ibid. *c.* 24.

6. *Possit leges condere, quæ obligent conscientiam* Ibid. *c.* 15. & 16.

7. *Habeat Authoritatem directam aut indirectam in temporalibus?* Ibid. *lib.* 5.

8. *Possit leges Condere.*

9. *Possit subditos à Juramento fidelitatis absolvere?*

10. *Romanum Imperium à Grecis ad Francos, à Francis ad Germanos, Papæ Authoritate fuerit translatum?* Bell. *lib.* 3 *c.* 7. *Duob. de transl. Imperii.*

}

LOCUS.

LOCUS. V.

De Conciliis.

CAP. I.

De Conciliorum Causis.



Actenus de Capite Ecclesię: succedunt membra, quæ sunt.

vel { 1. Militantia, in terris.
2. Laborantia, sub terris in purgatorio.
3. Triumphantia, in Cœlis.

2. *Membra in-terris militantia Considerantur vel* { Collectim
Selectim.

3. *Col-*

3. *Collectim vel*
- 1. Repreſentative, in Concilio.
- 2. Relative, ut locis diſſita per fidem & Charitatem uniuntur.

4. Concilium eſt publicus liber, & legittimus conventus Eccleſiaſticus, piorum & eruditorum virorum à diverſis Eccleſiis legittimè miſſorum, in quo, cauſæ Eccleſiaſticæ Doctrinam, regimen, ædifficationem & pacem Eccleſię ſpectantes, in Timore Dei collatis ſententiis, ſecundum normam ſacræ Scripturæ, examinantur, & Communibus ſuffragiis pro poteſtate Eccleſiæ à Deo conceſſa, definiantur. Feſtus Hommius. *Diſput*. 1. D. *Theſ*. 3.

5. *Eſtque vel*
- 1. Generale ſive Oecumenicum, totius orbis Chriſtiani.
- 2. Nationale, alicujus Nationis.
- 3. Provinciale, in aliqua provincia

provincia alicujus Regni
4. Diœcesanum in Episcopi alicujus diœcesi.

6. E Conciliis generalibus recipiunt papistæ 18. Græci prima 7. Lutherani 6. Eutychiani. 3. Nestoriani 2. Photiniani nullum. Nos 4. prima.

7. *Nempe*
1. *Nicænum* Anno 327. contra Arrium de divinitate Christi & paschate sub Constantino *M.* & Julio.
2. *Constantinopolitanum* Anno 383. contra Macedonium, sub Theodosio Seniore & Damaso.
3. *Ephesinum* sub Theodosio Juniore & Cælestino, contra Nestorium Anno 430.
4. *Chalcadonense* contra Eutychetem, sub Martiano & Leone. Anno 457.

8. Reliqua

8. Reliqua autem à Bellarmino probata, nempe græca 4. ſcilicet *Conſtantinopolitanum* 2. 3. & 4. *Nicænum* 2. & 10. Latina *Lateranenſe* 1. 2. 3. 4. 5. *Lugdunenſe* 1. & 2. *Vienenſe*, *Florentinum* & *Tridentinum*, invaleſcente Pontificum ſuperſtitione & Tyrannide, meritò à noſtris repudiantur.

9. *In conciliis obſervanda ſunt*
- 1. Natura in.
  - 1. Cauſis.
  - 2. Requiſitis
- 2. Authoritas.

1. *Finalis*, eſt Reformare Doctrinam & diſciplinam. *Act.* 15.
2. *Efficiens*, quâ indicendum ſit Concilium, eſt Chriſtianus Magiſtratus, quia res eſt politica, quæ auctoritatem requirit coactivam.

A. 1. *Materialis* ſive convo-

10. *Causæ* convocandi ad Concilium sunt Episcopi, presbyteri, vel alii Docti viri, legittimè a diversis Ecclesiis ad illud munus delegati, qui æquè habent jus suffragandi, & eligere possunt præsidem Idoneum, qui 1. res proponat, 2. suffragia colligat, 3. Ordinem agendi præscribat, sed ulterius per se nil decernat.

2. *Forma*, procedit per modum Inquisitionis, non judicii aut determinationis.

1. Cogenda sunt propter res politicas, aut lites papales, quæ aptius componuntur in Comitiis, quàm Conciliis.

2. Papæ est illa convo-

11. *Itaque nec*

care, aut privilegio ſedis in illis præſidere, aut rata facere.

3. Jus ſuffragandi Epiſcopis, Cardinalibus, Abbatibus & ordinum generalibus, ſolummodo concedatur.

4. Epiſcopi aut alii qui ferunt ſententiā, non ſunt Judices, ſed Conſiliarii, quibus declinantibus à Scripturæ ductu, liceat refragari.

12. *Hiſce accedunt, præſertim hodiè ut re-*

1. Locus tutus & Munitus per præſidem, ſive Magiſtratum politicum.

2. Salvus conductus, quoad perſonas & cauſam principalem.

3. Abſolutio à Juramento papæ, præſtito vel præſtando.

quiſitæ

quisitæ conditiones.

4. Constitutio, papæ vel alterius cujuscunque hæreseos, vel erroris postulati, in altera parte litigantium.

5. Determinatio, non ex pluralitate votorum, nisi Scripturæ firmentur Authoritate.

13. Ergo Concilia papalia, præcipuè Tridentinum, meritò ab omnibus Christianis repudiantur.

Quæstiones.

1. C*oncilia sint necessaria?* Bell. *lib.* 1. *c.* 9. Long. *summ. prelud.* 2.

2. *Institutum Conciliorum sit de jure divino?* Long. *summ. Concil. perlud.* 1. *Cont.*

3. *Papæ sit Concilia generalia indicere?* Bellarm. *c.* 12. Long. *summ. præl.* 3.

4. *Papæ*

An
4. *Papæ solius sit Conciliis Indictis præsidere?*
5. *In Conciliis sint suffragia consultiva potius quàm decisiva?* Bell. *l.* 1. *c.* 18.
6. *Soli Episcopi jus habeant suffragandi?* Ibid.
7. Necessariò *requiratur Pontificis Romani Confirmatio?*
8. *Concilia sic confirmata possint errare.* l. 1. c. 2.
9. *Decreta Conciliorum imponant credendi necessitatem, sive ulteriori examine cujusque privati?*

9. Concilium
1. *Pisanum legittimum,* Grakentorp.
2. *Lateranense* Widring: *ultimum,* Bell. *l.* 2. *de conciliis.* c. 13.
3. *Tridentinum legittimum?*

10. *Canones, qui Circum feruntur Apostolorum sint fictitii?* Longus,

Longus, Lambertus, Gruterus.

CAP. 2.

De Conciliorum Authoritate.

1. A*uthoritas Conciliorum æstimatur, vel*
   - 1. Absolutè.
   - 2. Comparatè
     - 1. Scripturæ
     - 2. Papæ.

2. Concilia à papa Confirmata, possunt errare, quia certum est errasse; & non indicta vel Confirmata à papa, tantò possunt liberiùs veritatem eruere.

3. Major est Authoritas Scripturæ quàm Concilii, non tantum in se sed quoad nos, quia,

4. Quod per se est θεόπνευστον, per se etiam suam authoritatem insinuat, & fidem

fidem ſuæ divinitati fecit. Etc.

5. Concilia nobis debent eſſe ſacra, quia Scripturis ſunt conſentanea; unde reſpectu noſtri major eſt Scripturæ Authoritas, quàm concilii; quia Scriptura eſt fidei fundamentum, Concilium tantum explicatio. Itaque,

6. Papa, vel quivis alius Patriarcha vel Epiſcopus, ſubjectus eſt Cenſuræ legittimi concilii, ut patet ex concilio *Conſtantienſi*, *Baſilienſi*, *Piſano*, *Gerſone*, *Alphonſo à Caſtris*, & aliis: quia,

7. Papa poteſt eſſe Hæreticus, & *Noxium* (ut eſt) *ulcus* Eccleſiæ, quod concilio eſt ſanandum. Itaque,

8. Nugantur, qui papæ approbationem Concilio eſſe neceſſariam contendunt, ut concilium ipſi ſubiiciatur. Nam,

9. Si ipſe per ſe poſſit omnino infallibiliter determinare, non opus eſſet Conciliis, ut ſuavius & compendioſius lites dirimerentur. quare,

10. Obtruduntur Concilia à papiſtis ut μορμολύκεια, ad terrendos ignaros

non ad ſuas partes ſtabiliendas. Nam Anni 600 poſtremi, vix ſeptem habuerunt Concilia.

Quæſtiones.

An
1. *Major ſit Authoritas Scripturæ quam Concilii* Bell. *l.* 2. *à cap.* 15. *uſque ad c.* 19.
2. *Concilium ſit ſupra papam? ad finem libri.* Scharp. Curſ. 1899.
3. *Integrum ſit unicuique privato Doctori, decreta Concilii ad examen Scripturæ exigere, & à Concilio appellare.*
4. *Papa poſſit Concilia à ſe non approbata, irrita, ſua Authoritate facere.*

LOCUS.

LOCUS VI.

De Ecclesia.

CAP. I. *De Ecclesiæ Natura.*


Ictum est de membris Ecclesiæ collectim, ut repræsentantur in Concilio; de iisdem dicendum est ut in locis dissitis varia relatione fidei & Charitatis, tum Caput tum se invicem respiciunt, quo sensu veniunt sub nomine Ecclesiæ.

2. *Ecclesia sumitur, vel*
- 1. Tropicè.
- 2. Propriè.

1. Μετωνυμικῶς, pro loco congregatorum seu Templo, ut non ingrediatur Manzer in

 Ecclesiam.

3\. *Tropice* { Ecclesiam.
2\. Καταχρηστικῶς, pro quavis congregatione aut Synagoga, Civili aut Ecclesiastica; ut, *Act.* 17.

4\. *Ecclesia propriè sumpta, est vel* { 1. Universalis.
2\. Particularis.

5\. Ecclesia universalis, est cætus creaturarum intelligentium, à Deo evocatarum è statu naturali, ad statum supernaturalem.

6\. *Estque vel* { 1. Triumphans.
2\. Militans.

7\. Triumphans est universalis Angelorum & Sanctorum, qui fruuntur visione Dei in Cælis Beatificâ *Apoc.* 4.

8\. Militans est universitas hominum viatorum, quærentium Regnum Dei & justitiam ejus, & corporalia Deo commendantium, ut ipse pro suo arbitrio

arbitrio adiiciat, *Matth*. 6.

9. *Estque* vel { 1. Omnium Temporum. 2. Unius.

10. Ecclesia Catholica omnium Temporum, est universitas hominum electorum, quosDeus ab initio Mundi usque ad finem, vocat, vocavit, vocaturus est, in Christo Iesu ad Regnum gratiæ & Gloriæ. *Rom*. 8. 28.

11. Ista est panegyris sive Ecclesia primogenitorum qui conscripti sunt in Cælo, quæ proponitur ut fidei Articulus in symbolo Apostolorum. *Heb*. 12. 23. & 3. 1.

12. Ejus Nomina sunt præcipuè decem, in hoc versiculo.

Splendida, Clara Domus, Mons, Regnum, Corpus, Ovile,
Vinea, tum Mater, Virgoque, Sponsa Dei.

13. *Estque vel*

1. Una;
   1. Capitis unione.
   2. Membrorum communione.
   3. Spiritus nexu.
   4. Doctrinæ cõsensu.

2. Sancta; Imputatione, inchoatione, segregatione, affectu, profectu, effectu.

3. Apostolica; Doctrina, Disciplina.

4. Catholica; 1. ratione universalitatis, qua intercipit omniũ gentiũ, locorum & temporum Dei veri cultores, exclusis solum paganis; 2. respectu veritatis, ut coincidit cum Orthodoxa, & excludit Hæreticos 3. intuitu sinceritatis, ut arcet a suis privilegiis hypocritas. Itaque

14. *Eccle-*

14. Ecclesia militans non necessario agnoscit pro capite, Pontificem Romanum, non prędestinatos, Infideles, occultos peccatores, manifestos impęnitentes, Apostatas, Hæreticos, schismaticos pro genuinis membris.

15. Non Baptizati autem, Catechumeni, & excommunicati, si vera fide sint præditi posint pertinere ad Ecclesiam, conditionaliter saltē si non absolute, quia non externa fidei Romanæ professio, sed interna, qua Christo uniuntur, fides, constituit mēmbra Ecclesiæ.

16. Multi enim in Ecclesia non sunt judicio veritatis, quos judicio Charitatis nos membra Ecclesiæ esse agnoscimus. Videntur nobis, non sunt in Dei causa. quia,

17, Nulla sunt vera Ecclesiæ membra quæ non sunt viva: Quædam autem sunt Ecclesiæ membra, quæ adhuc non vocantur, quædam actu vocantur, quæ non sunt membra.

18, Sic *Judas* unus erat ex Apostolis, Numero non merito, Specie non

veritate, Commiſtione corporali, non vinculo Spirituali, carnis adjunctione, non cordis unitate. *Auguſt, Tract.* 61. *in Johannem.*

19. *Profitentur veritatem*
1. Hæretici, non totaliter.
2. Schiſmatici, totaliter ſed non unanimiter.
3. Hypocritæ, totaliter & unanimiter, ſed non ſincerè.

20. Eccleſia hæc univerſalis deficere non poteſt, nec errare totaliter ſaltem in neceſſariis ad ſalutem, utcunque ceſpitet in acceſſoriis, communiter non univerſaliter. Itaque

21. Romanam Eccleſiam extollerunt veteres, non quia errare non potuit, ſed quia inſigniter tunc temporis non erravit, vel cæteris Eccleſiis erat ſenior.

22. Eccleſia Catholica unius Temporis, eſt univerſitas hominum credentium in Novo Teſtamento: Et

uno tempore in toto mundo viventium.

23. Hæc de Catholica, ad differentiam Synagogæ Judaicæ, quæ extra terram Sanctam non extendit pomœria.

24. *Cujus causæ.*

- 1. *Efficiens*
  - 1. Constituens, est tota Trinitas.
  - 2. Ministra, est Christus Θεάνθρωπος
- 2. *Materia*
  - 1. Κατὰ δόξαν, omnes Christum profitentes.
  - 2. Καθ' ἀλήθειαν, soli electi.
- 1. Externa sive διακονικὴ, verbi prædicatio, Sacramentorum administratio

3. *Forma* — ... tio, diſciplina.
2. Interna ſive συςατικὴ, quæ conſiſtit in unione membrorum cum capite per fidem, & charitate inter ſe.

4. *Finis*
1. Dei Gloria.
2. Salus Electorum.

5. *Fundamentũ*
1. ὑπερεἰλικὸν, ſunt Apoſtoli 12. Apocalypſeos. 12.
2. Ενεργελικὸν potentiæ & virtutis: Chriſtus.

Qua-

Quæstiones.

1. Major sit Authoritas Scripturæ vel Ecclesiæ?

2. Reprobi possint esse vera membra Ecclesiæ?

3. An
   1. Infideles occulti, Athei,
   2. Hæretici,
   3. Schismatici,
   4. Impii, impenitentes, pro membris Ecclesiæ censeantur?

4. Excommunicatus, in se desinat esse ipso facto membrum Ecclesiæ?

5. Talis excommunicatio sit licita, aut expediens; Erastus contra Bezam.

An

6. Qui Pontificis Romani supprematum non agnoscunt pro Ecclesiæ

clesiæ Catholicæ membris non sint habendi.

7. *Non Baptizati & Catechumeni, dici possint membra Ecclesiæ?*

8. *Ecclesia Catholica possit deficere?*

9. *possit errare?*

80. *Papistæ admittant Circulum, in astruenda authoritate Scripturæ & Ecclesiæ?*

11. *Ecclesia papalis sit Catholica, vel saltem membrum Ecclesiæ Catholicæ?* Rainoldus.

CAP.

CAP. 2.

De Ecclesia particulari.

1. ECclesia particularis est pars Ecclesiæ Catholicæ, loco, tempore, & aliis Circumstantiis definita, & à cæteris partibus distincta.

2. Unde respectu
1. Sedis, Orientalis Brittannica, Occidentalis Hispanica Romana dici possit, vel Nationalis, Diœcæsana, parochialis, Domestica.
2. Periodorum, Judaica vel Christiana, eaque rursus vel primitiva vel successiva.
3. Doctrinæ, Orthodoxa vel Hæretica: *Disciplinæ*, unita vel scismatica.

4. Cultus

4. Cultus: ſana vel Idololatrica.
5. Morum: pura vel impura.
6. Gubernationis internæ, à patre in Filio per Spiritum Sanctum, eſt inviſibilis: Externæ, in conventibus ſub legittimis paſtoribus, eſt viſibilis. Vide loca Scripturæ Citata ab *Alſted.* 602.

3. *Conventus e- nimtales cōſiderantur, vel*
1. Abſolutè, ita ſunt Objectum viſus, ut congregentur ad audiendum & communicandum.
2. Comparatè, reſpectu Numeri, Regiminis & Regentium, ſic diminui, diſtrahi, & opprimi poteſt, ut lateat bonum ſemē vel ſaltem ſpicatim appareat inter zizaniorum luxuriem.

4. Utcunque igitur Conventus particularis

ticularis ſit ſemper viſibilis, hujus tamen ſinceriores profeſſores, non ſemper ita conveniant ut actu videantur.

5. Videmus enim cętum illum, qui eſt Eccleſia, ſed quòd Cætus iſte ſit Eccleſia non videmus, ſed per certas notas colligimus.

6. *Notæ iſtæ ſunt, vel*
1. Principales.
2. Minus Principales.

7. *Principales ſunt*,
1. Verbi Dei prædicatio.
2. Sacramentorum adminiſtratio.

8. *Minus principales ſunt*,
1. Diſciplina Eccleſiaſtica.
2. Externa vitæ Sanctimonia.

9. Itaque notæ 15 *Bellarmini*, aut 100 *Bozii*, elogia ſunt potius notæ alicujus Eccleſiæ, quàm Judices unde magis

magis innotescat esse talis: vel communia sunt insignia, quæ quivis cætus malignus equè ac vera Ecclesia arripiat.

10. Quevis particularis Ecclesia non tantum errare potest, sed penitus deficere; ut patet in multis Ecclesiis, quas fundarunt & instituerunt ipsi Apostoli. Ergo,

11. Frustra jactat Roma Petri cathedram, & non deficiendi privilegium; constat enim turpiter eam à primæva puritate in nidum Anti-Christi, degenerasse; unde justè abduxerunt se Reformatæ Ecclesiæ, non novas Ecclesias erigando, sed illas à Romanis sordibus & additamentis purgando.

Qua-

Quæstiones.

An

1. *Ecclesia Catholica in aliqua saltem Ecclesia particulari sit semper visibilis?*

2. *Ecclesia Protestantica à papali separata ante Lutheri Reformationem fuit alicubi conspicua?*

3. *Cœtus errans in Fundamentalibus sit vera Ecclesia?*

4. *Vera verbi Prædicatio & Recta Sacramentorum administratio, sint certæ & solius veræ Ecclesiæ notæ?*

5. *Notæ Ecclesiæ à pontificibus rectè enumerentur?*

6. *Ecclesia quælibet particularis constet ex electis ac Reprobis?*

7. *Ecclesia quælibet visibilis*

possit errare ac deficere?

8. *Ecclesia, rectè dividatur in visibilem & invisibilem?* Alsted. Pol. 331.

9. *In terris sperari possit talis Ecclesia in qua nulli Reperiantur hypocritæ & peccatores?* Osiander Contra. *Anabaptist.* cap. 6. *q.* 1.

10. *Propter peccatores, qui reperiuntur in ea, Ecclesia sit deserenda.* Ibid, q. 3.

LOCUS.

LOCUS. VII.

De Clericis.

1. COllectim hactenus comparuit, cùm repręsentativè in Conciliis, tum sparsim aliâs unita ecclesia; dispicienda jam succedit selectim tributa in certas classes,

2. *Quæ sunt* { 1. Clericorum. 2. Monachorum. 3. Laicorum. }

3. Clerici sunt qui interne à Deo donis instructi & vocati; externè postea ab Ecclesia seponuntur ad opus sacri Ministerii.

{ 1. Extraordinariò, et immediatè à Deo, ut Prophetæ in V.T. Apost. & Evangelistæ in N. T.

 2, Ordi-

4. *Idque vel* — 2. Ordinariò & mediatè per homines, ut ſub lege ſacerdotes & Levitæ, ſub Evangelio paſtores & Doctores.

5. *Horum tres ſunt ordines*
- 1. Epiſcoporum.
- 2. Presbyterorum.
- 3. Diaconorum.

6. Itaque, Papa, Cardinales, Chorepiſcopi ſuffraganei, monſtra ſunt Hominum, & Nomina primitivæ Eccleſiæ ignota.

7. Subdiaconi verò, Acolythi, Lectores Exorciſtæ, Oſtiarii, Miniſtrorum potius fuerunt famuli, quàm Miniſterii ordines diſtincti.

8. *In legittima Miniſterii vocatione, tria ſunt attendenda*
- 1. Electio.
- 2. Ordinatio.
- 3. Officium.

9. Electio primitus erat totius multitudinis, quæ ad evitandum tumultum, commodius jam peragitur in Episcopis certis locis designandis, per summum Magistratum, in parochis per certos patronos.

10. Itaque Electio, designatio seu missio Episcoporum non pertinet jure divino ad Romanũ Pontificem; ut nec parochorum ad solos Episcopos.

11. Quin & Electio per Cardinales, & Creatio Cardinalium per papam, sunt luxurientis Romæ stolones, non patris Cęlestis plantationes.

12. Ordinatio est à prius ordinatis per manuum impositionem, per preces ad Deum fusas solenniter peragenda.

13. *Ita Canonice ordinatur*

1. Episcopus, per Metropolitanũ & duos alios, (si cõmodè fieri potest,) Episcopos.
2. Presbiter & Diaconus, per Episcopum, & assistentes nonnullos Ministros.

14. Officium Episcopi, est vel

- 1. Commune cum presbyteris, est verbum Domini prædicare & Sacramenta administrare.
- *2. Particulare seu ab ecclesia, est*
  - 1. Ordinare Episcopos, presbiteros, Diaconos.
  - 2. Consecrare locũ & Instrumenta cultui divino destinata.
  - 3. Confirmare Catechumenos.
  - 4. Excommunicare obstinatos.

15. Sacer-

15. Sacerdotibus committitur ordinariò prædicatio verbi, & Sacramentorum administratio; extraordinariò igitur & quatenus non residet inter illos Episcopalis Authoritas, in Reformatis Ecclesiis, Episcopis destitutis, ordines conferunt & reliqua munera obeunt Episcopalia.

16. Episcopus presbytero est jure divino superior, unde Episcopus munus obiret presbyteri, non è Contra, presbyter Episcopi.

17. Diaconi sunt sub presbyteris, ad legendum vel adjuvandum in Sacramentorum administratione.

18. Licitum autem est omnibus Clericis æqui ac Laicis uxores ducere, nec digamia excludit à sacris ordinibus. Cælibatus autem,

19. Nunquam erat sacris ordinibus annexus, vel jure divino, aut Apostolico aut positivo, sed invectus fraude & tyrannide Antichristianâ; siquidem Cælibatus fuit Antiquis ministris in pretio, vel propter molestias Nuptiarum in persecutione, vel ad evitandam suspicionem promiscui

Concubitus illis ab ethnicis injectam; vel 3 propter Reverentiam Virginitatis in libidinoso sæculo; vel 4 fortè ob verbum Christi non rectè intellectum. *Matt.* 19.

20. Debentur Clericis dicimæ jure divino, & possessiones retinere possunt sive datas sive hæreditarias.

21. Interim non eximuntur (in rebus nec spiritualibus) a potestate sæculari, nec jure Divino positivo nec naturali, sed magis minusve ex piâ principum Indulgentia.

Quæstiones.

1. O*Mnes Electi dicantur Clerici?* Bell.

2. *Vocatio ad ministerium sit necessaria?*

3. *Episcopi vel ministri sint eligendi per Laicorum suffragia?* Bell. Alsted, *pag.* 340.

4. *Electio Episcoporum ad solum papam pertineat?*

5. *Tres sint tantùm ordines Ecclesiastici?* Bell. *cap.* 11. Alsted, *pag.* 341.

6. *Papæ titulus, magis Episcopo Romano, quàm alii cuivis Episcopo competat?*

7. *Cardinalium Nomen aut officium, habeat in sacris literis aliquod fundamentum.* Rex Jacob. *præfat.*

8. *Papæ Electio, jure ad Cardinales pertineat.*

9. *Reformati Episcopi Anglicani legittimam habeant ordinationem?* Mason. Champ.

10. *Propriè presbyter sive Sacerdos non sit, qui in Missa Pontificia Filium patri non immolat?* Mason. Champ.

11. *Soli Episcopi possint vel Episcopos consecrare, & ministros ordinare?*

12. *Ministri in Reformatis Ecclesiis sine Episcopo ordinatis pro legittimis habeantur?*

13. *Ad*

An {

13. *Ad Ordinationem impositio manuum necessario requiratur?*

14. *Liceat Evangelii Ministris matrimonium contrahere?* Bell. Alst.*p*.344.Pareus *in præfat.in l. Ep. Cor.*

15. *Bigami possint ad Sacros ordines admitti?* Ibid *c*.23.

16. *Decimæ sint Ministis jure divino solvendæ?*

17. *Clerici possideant bona secularia?*

18. *Sint liberi à jugo secularis potestatis quoad personam & bona?* Bell. *c*.18. Alsted. *p*.346.

19. *Primi Reformatores legittimam habuerunt vocationem?*

20. *Lutherus commercium habuit cum Diabolo?*

21. *Zuinglius à Diabolo fuerit Institutus?*

22. *Calvinus fuerit nequam, & stigmate infami inustus?*

23. *Vocatio & Ordinatio ministrorum in Pontificia Ecclesia sit legittima?*

24. *Voca-*

24. *Vocatio sit miraculis Confirmanda?*

25. *Sponte quis Ministerium exeat?*

26. *Possit Minister pro meritis deponi & degradari?*

27. *Excommunicationi locus esse possit vel debeat in Ecclesiis Christianum Magistratum habentibus?* Pareus *in* 1. *Cor. c.* 5.*pag.* 275.

28. *Ministri possunt exercere judicia secularia?* Pareus *in* 1*Cor.* 6. 296.

LOCUS.

LOCUS. VIII.

De Monachis.

1. MOnachi sunt Homines Religiosi separati à mundi turbis, ut Sacræ contemplationi impensiùs dent operam.

1. *Antiqui, qui fuerunt tales*
- 1. Electione, ut Academici, præsertim apud nos collegiati.
- 2. Necessitate, qni Tyrannide in Eremũ pulsi, coacti fuerunt soli Deo inservire.

2. *Recen-*

2. Monachi sunt

2. Recentiores, qui sub opinione meriti subducunt se à populari consortio, & quibusdam votis mancipant, suntque vel

1. Cænobitæ, viventes simul in Collegiis.
2. Anachoritæ, incarcerati seorsim in aliquo specu in urbibus aut oppidis.
3. Heremitæ, seu solitarii viventes in Eremo.

3. Antiquorum status est laudabilis: Recentiorum superstitiosus & detestabilis; quia fundamentum nullum habet in sacris literis, sed in cerebro superstitiosorum & Ethnicâ Idololatria.

4. Siquidem consilia ista (quę supponunt) Evangelica, præcepta sunt personalia aut particularia, respectu Dei exigentis ab unoquoque quantum

tum poteſt, (nimirum prout nunc eſt conditio poſt lapſum plus quàm poteſt) licet ratione mediorum, quorum Electio pendeat à deliberatione, dicantur conſilia.

5. Ergo opera quę hinc Oſtentantur; ſuper-arrogantiæ potius ſunt quàm ſuper-erogationis. Quia

6. Licet ſuperare præceptum quis dicatur, 1 cum progreditur ultra ejus partem negativam, ut dans eleemoſynon, non furatur; vel 2 Actus externos, ut amans ſincerè, proximum non occidit; vel 3 aliquod mandatum, ut conſervantes virginitatem, non mœchantur; vel 4 præceptum cæteris commune, ut militans ſtipendiis propriis; tamen perfectionem generalis præcepti non attingit: Diliges Dominum toto corde & proximum ſicut teipſum, & cum omnia fecerit, ſervus eſt inutilis & nil præter officium ſuum fecit *Luc.* 17.

7. Itaque Tria iſta vota, paupertas voluntaria. 2. Obedientia Regularis. 3. Continentia perpetua, tantum abſunt à merito, ut planè ſint

Deo

Deo ingrata,ut a Pontificiis uſurpantur; cum primum vocationi, ſecundum Chriſtianæ libertati, tertium donis nobis à Deo conceſſis obnititur.

8. Unde Impium eſt,vel non adultos pueros, vel puellos ſubducere ſe parentum imperio; aut conjuges ante Conſummationem aut poſt conſummationem matrimonii vinculo; ſub prætextu ingreſſus in religionem.

9. Tantumqne abeſt ut habitus eorum contineant aliquid myſterii;ut inde potius omnibus cordatis proponent ſe deridendos.

Quæstiones.

1. V*Ita Monastica sit meritoria vel licita?*

2. *Necessitate, casu, errore, prava imitatione potius, quàm instituto cæpit originem?* Bell. de Monach. *c.* 5.

3. *Post* 14. *Sæculum cæperit?*

4. *Diversæ Monachorum sectæ diversas religiones constituant?*

5. *Monasteria olim fuerint scholæ bonarum literarum & disciplinarum? c.* 6.

6. *Solus papa pró Authoritate possit hujusmodi religiones confirmare?*

7. *Dentur Consilia Evangelica à præceptis distincta?*

8. *Vovere liceat Christiano?* Scharp. *pag.* 1931. Chemnisius *part.* 3. *p.* 474.

9. *Pro-*

An

9. *Promissio de re percepta sit votum?*

10. *Promissio facta in Baptismo sit votum?*

11. *Vota de rebus mediis ad Dei cultum pertineant?*

12. *Christianis hodie sint necessaria?*

13. *Juniores vovere possint?*

14. *Liceat filiis ingredi religionem parentibus invitis?*

15. *Liceat conjugatis ex consensu vovere Continentiam?*

16. *Per votum solenne solvatur matrimonium non consummatum?*

17. *Votum paupertatis voluntariæ sit legitimum?*

18. *Votum perpetuæ continentiæ sit rectum?*

19. *Possit rescindi?*

20. *Votum regularis obedientiæ sit observandum?*

21. *Votum supernumerarium Jesuitarum de præstanda superiori cæca obedientia sit bruta potius quàm tuta?*

 22. *Dentur*

22. *Dentur opera supererogationis?*

23. *Status Eremitarum, Anachoritarum aut Monachorum, sit sæculari vitæ statu perfectior?*

24. *Habitus & Tonsura Monachorum aliquid contineat perfectionis?*

25. *Monachi teneantur in sudore vultus victum quærere?*

26. *Teneantur manibus laborare?*

27. *Liceat iis vivere ex bonis patrimonialibus in Communi?*

28. *Vivere illis liceat ex sponte oblatis & donatis?*

39. *Liceat illis mendicare?*

30. *Quicquid sit ex voto, licet non sit præceptum à Deo, verè & propriè sit cultus Dei?* Scharp.*pag.* 1936.

31. *Quis possit dispensare contra votum?* Ib. 1955.

LOCUS.

LOCUS IX.

De Laicis.

1. LAici habentur, qui neque ordinatione Clericali vel votis Monaſticis inſigniuntur.

2. Inter hos eminet politicus Magiſtratus, qui poteſtatem habet immediate à Deo in ſuos ſubditos.

3. *Hujus ergo conſiderantur* { 1. Juriſdictio. 2. Officium.

4. Juriſdictio ipſius extenditur tam in clericos quàm in Laicos. Nec

5. Utcunque hic ſit impius eam amittit, aut puniendus eſt à Pontifice vel à ſubditis, ſed Dei Tribunali relinquendus.

6. Itaque perfidè papa conatur ſummos Magiſtratus deponere; vel

ſubditos juramento fidelitatis abſolvere; vel eoſdem, ne fidelitatem principibus ſpondeant, prohibere.

7. *Officium Magiſtratus elucet vel in* { 1. Republica. 2. Eccleſia

8. *Rempublicam vel* { 1. Conſervat. 2. Vindicat.

9. Conſervat leges condendo, quæ obligent conſcientiam oblique non directè, ſecundariò non primariò, non per ſe ſed gratia divinæ legis, vel juſtitiam adminiſtrando, ferendo ſententiam & feriendo, ſi opus ſit, gladio.

10. Vindicat autem Rempublicam ab injuriis Belli, quod Injuſtum eſt ſi ſuſcipiatur ulciſcendi crudelitate & dominandi libidine, Juſtum, ſi interveniat 1. Legittima Authoritas. 2. Cauſa juſta. 3. Intentio recta. 4. Moderamen in gerendo debitum.

11. Officium Principis circa religionem

gionem est curare ut controversiæ, quæ oriuntur per doctos descutiantur, & juxta Dei verbum determinentur; quia custos est utriusque Tabulæ.

12. Non intervenit igitur tantum ut defensor Clericorum, sed & cognitor litis & judex, qui cogat ad officium & exorbitantes puniat.

13. Ejus igitur est prospicere ne crescant hæreses, vel tolerando diversas sectas, vel sectam unam ex religionibus diversis, vel Hæreticorum libros, qui subditos inficiant.

14. Hæretici autem, sunt primo monendi, atque iterum pro mansuetudine Ecclesiæ, & cogendi, quantum fieri potest, mulctis, prius quam ad ultima descendatur.

15. Principes ipsi, si in Tyrannidem vel Hæresin prolabantur, ferendi sunt à suis subditis, & nullo modo feriendi; in sacris relinquendi, in cæteris observandi.

16. Inter subditos verò Hæretici vel schismatici omnes sunt cavendi, seducti mitius tractandi, seducto, res

obliquè fundamenta concutientes severius coërcendi, apertè Blasphemi morte puniendi. Non quia Magistratus animadvertat interne in conscientiam, sed quia oportet illa è medio auferre, quæ futuram minantur ruinam Ecclesiæ & Reipublicæ.

Quæstiones.

1. P*olitica potestas sit Christianis licita?* Bell. *à cap.* 1, *ad* 8, Scarp. 1958.

2. *Impii possint esse Domini?* Ib. 1963.

3. *Leges civiles constant, quæ obligent conscientiam? inde ad cap.* 13. Bell. *de Laicis l.* 3. *cap.* 9. 10. 11. *copiose.* Alsted. T. C. *c.* 2. *pag.* 18. *Scarp de Laicis l.* 3. *c.*6.

4. *Liceat Christiano Magistratui gladium in sontes stringere* Ib. *cap.* 14. 15.

An

5. *Juste possit bellum gerere?*

6. *Judicium de religione ad Magistratum pertineat? c.* 17. 18. Scarp. 1972.

7. *Munus* Ecclesiasticum *& politicum ab eodem possit administrari?*

8. *Clerici Magistratui politico recte subiiciantur, ut reliqui subditi?*

9. *Magistratus summus quovis prætextu à suis subditis deponatur aut oppugnatur?* Neg

10. *Liceat subditis legitimum principem tyrannice in illos irruentem, vi & armis repellere?* Neg.

11. *Præstandum sit ab omnibus ejus subditis principi fidelitatis juramentum? Aff.*

12. *Papa possit subditos à tali juramento absolvere?* Neg.

13. *Princeps commode possit dici Caput Ecclesiæ?* Becanus Enchyrid.

14. *Qui Ecclesiæ Romanæ nuncium remiserunt pro hæreticis*

 sint

ſint damnandi?

15. *Diverſæ religiones in uno Regno ferri poſſent?*

16. *Inter Reformatos & Pontificios fieri poſſit Reconciliatio?*

17. *Hæretici ſint ad cultum cogendi?*

18. *Morte, ſi obſtinaverint, puniendi?*

19. *Homo Chriſtianus a Magiſtratu ad arma vocatus militare poſſit?* Oſiand. Cont. Anabaps. *cap.* 10. *q.* 1.

20. *Chriſtiano arma conficere liceat?* Ibid. *q.* 5.

21. *Chriſtianus injuria affectus ad Magiſtratum provocare poſſit?*

22. *Chriſtiano liceat exercere mercaturam aut Cauponariam?* Ib. *q.* 4.

23. *Judaica Lex judicialis obliget Magiſtratum communem?*

24. *Duellum ſit permittendum à Magiſtratu?* Scharp. 1979.

25. *Liceat armis religionem tueri?* Ib. 1984.

26. *Direptiones & cædes, ſupplicium*

plicum in Bello legitime fiant?

27. *Liceat piis uti ope Ethnicorum in Bello?* Ib.

28. *Quilibet in sua fide salvari possit?* Becan. Ench. *contr*. 5.

29. *Aliquando liceat negare fidem Christianam præsertim ad vitandam mortem?* Ib.

30. *Liceat dissimulare fidem Christi propter eandem causam?* Ibid.

31. *Liceat simulare alienam fidem ac religionem?* Ibid.

32. *Liceat cum Gentilibus Idola colere?* Ibid.

33. Liceat cum Hæreticis.
1. *Publicè orare?*
2. *Conciones illorum audire?*
3. *Sacramenta cũ illis participare?*
4. *Funus ducere?*
5. *Carnes diebus prohibitis comedere?*
6. *De fide disputare?*

7. *Libros*

7. *Libros illorum fovere?*
8. *Matrimonia contrahere?*
9. *Pacisci?* Ibid.

34. *Cum Hæreticis fides sit servanda?*

35. *Hæretici possint tolerari?*

36. *Judæi sint inter Christianos ferendi?*

37. *In aliquo casu liceat religionem simulari aut mentiri?*

38. *Liceat æquivocare?* Ibid.

39. *Juramentum obstringat ita ut in erronea religione permaneas?* Ibid.

LOCUS. X.

De purgatorio.

1. SIc de membris Ecclesię militantibus in terris ; sequitur de laborantibus sub terris, quæ,

Considerantur quoad
- 1. Animas, in purgatorio.
- 2. Corpus, in funere.

2. Purgatorium est expiatio animæ à peccati macula, reatu & pœnâ.

- 1. Fluminis, in lavacro aquæ per verbum. Ephes. 5. 26. Tit. 3. 5.
- 2. Flaminis, ipse vos baptizabit Spiritu & igne. Matt. 3. 11. Act. 1. 5.
- 3. San-

3. *Estque quadruplex* { 3. Sanguinis : sanguis Iesu Christi purificat nos ab omni peccato 1 Joh. 1. 7.
4. Afflictionis : purgabit filios Levi & celabit eos. cap. 3. Malach. vers. 3.

4. Ergo non tantum ἄγραφον sed ἀντίγραφον est figmentum de loco purgatorii subterraneo, inter limbum & gehennam sito, in quo Animæ fidelium post mortem igne quodam purgatorio per diabolos torquentur, ut satisfactione factâ sic pro peccatis venialibus, post remissam culpam remanentibus per pratum quoddam florentissimum, sive carcerem senato rium, ad cælum tandem avolent.

5. Cujusmodi insomnia sunt ista, quæ his superstruuntur de conditione Animarum quæ torquentur, quod non possint aliquid mereri vel demereri. quod, 2 certæ sint de qua æterna salute. quod, 3 egredi valeant de suis receptaculis. quod, 4 subeant

pænam

pænam graviorem omnibus hujus vitæ tormentis, quod ex ſuffragiis vivorum ſcilicet. 1. Miſſæ ſacrificio. 2. Oratione & ex operibus pænalibus & ſatisfactoriis nempe Eleemoſynis, jejuniis, peregrinationibus; Item ex indulgentiis papalibus ſolamen accipiant, atque iſta credere ſic eſſe de fide, ut qui hæſitat eo nomine ſit gehennæ addicendus.

6. Iſta (inquam) ortum traxere ab Ethnicis, confirmationem à Spectris, Incrementum à Monachorum avaritia & fraudulentia, quæ perget indies Dominus oborta veritatis luce deſſipare & confundere.

7. Corpora mortuorum honeſtè ſunt à viris ſepelienda, non meriti opinione ſed charitatis officio.

8. In exequiis ducendis, ut laudanda pia & conveniens rei peragendæ ſolennitas & reverentia; ita procul abeſſe oportet luminum proceſſio & Epicediorum, & ſiquid hujuſmodi Ethnica & Theatralis ſuperſtitio.

Quæ-

Quæstiones.

An {

1. D*Etur purgatorium?* Bell. *toto lib.* 1. Becan. *Enchyr. l.* 1. *c.* 8. Morton *Ap. Tom.* 2. *pag.* 745.

2. *Purgatorii confessio ad fidem Catholicam pertineat?* Bell. Ibid. *c.* 15.

3. *Sub Veteri Testamento fuerit purgatorium?*

4. *Animæ defunctorum è suis receptaculis egredi valeant?* Bell. *l.* 2. *c.* 8.

5. *Verus Samuel Sauli apparuerit?* Ib. *c.* 7.

6. *Animæ torqueantur in purgatorio, Igne corporeo* Bell. *l.* 2. *c.* 12.

7. *Puniantur à Dæmonibus?* Ib. *c.* 13.

8. Suffragia Ecclesiæ defunctis prodesse possint?

9. Christiani in locis Consecratis necessariò sint sepeliendi?

10. Hoc Conducat ad liberandas Animas è purgatorio?

11. Ritus sepeliendi Pontificiorum sint probandi? Bell. *l.* 2. *c.* 19.

LOCUS.

LOCUS XI.

CAP. I.

De Angelis.

1. Paca linquentes Regna & membra sub terra laborantia, ad mẽbra Triumphantia assurgamus.

2. *Illa autem sunt vel* { 1. Angeli. 2. Sancti. }

3. Angelus est substantia spiritualis, creata intelligens, libera, volens, immortalis, ad exequendam Dei voluntatem promptus, & potens Dei Minister. Itaque

4. Non est æternus sed concreatus potius cum Cælo Empyreo, tempore & materia prima. *Aq.* Col. 1. 16.

5. Nec

5 Nec inspiratio tantum sed ὑφιστάμενον.

6. Nec est corporeus nisi corpus sumatur Synecdochice pro substantia composita, juxta illud, respectu Dei sunt corpora, respectu nostri sunt Spiritus. Greg. Mor. l. c. 2.

7. *Triplici pollent scientia.*

1. Naturali, non per essentiam ut Deus; vel species abstractas ut homo, sed inditas non ratiocinando, sed simplici actu, & una quasi coruscatione. *Polan.* fol. 1803.

2. Revelata per Deum, unde discunt cordium secreta & Evangelii Ministeria.

3. Experimentali, assiduo rerum usu.

4. Nonnunquam corporibus apparent verum assumtis, & loquuntur, aliquando tantũ phantasiam afficiunt ut videantur

dcantur, quales apparent.

8. *Angeli sunt vel* { 1. Eudæmones.
2. Cacodæmones. }

9. Eudæmones sunt beati isti Spiritus qui in primæva integritate per gratiam Dei remanentes, confirmati sunt in felicitate, sicut in æternum non labantur.

10. Omnes sunt Administratorij Spiritus, in Ministerium missi propter eos, qui Hæreditatem capient salutis. Heb. 1. 14.

11. Nihilominus diversitas Judiciorum potest esse inter eos, ubicunque non est dissensio voluntatum. Probabile est

12. Singulis Electis & provinciis singulos despensari Angelos, Custodes ordinario, Extraordinario verò plures, prout Deo visum fuerit *Zanch. de Oper.* l. 3. c. 15.

13. Non deserunt ea, quæ curæ ipsorum

ipſorum committuntur. *Ibid.* c. 17.

14. Imperium obtinent in Cacodæmones, & in cæteras omnes creaturas, prout Deus diſpoſuit.

15. Lætantur de peccatoris converſione. Luc. 15. & opus habuerunt Chriſto, non ut Mediatore, qui ſalvaret lapſos, ſed conſervatore, qui ſervaret ne laberentur. *Zanch. V. S.* ex Bernhard. in Cantic. ſerm. 22.

16. Interea, ut nec adorandi à nobis ſunt, ſic nec invocandi. *Ibid.* c. 22.

17. Utcunque autem pares ſunt dignitate naturali, pro diverſitate tamen officiorum, diverſa ſortiuntur Nomina, non gradus excellentiæ & dominii. Itaque

18. Seraphim, Cherubim, Throni, Archangeli, Angeli, Virtutes, Dominationes, Principatus & poteſtates; non in 3. Hierarchiis denotant 9. Angelorum ordines, ſed ordinatorum diverſa munia, à Deo pro beneplacito ipſis injuncta. Rom. 8.38. Epheſ. 1.21. Col. 1.16. Eph. 6.12. Col. 2.15.

Quæstiones.

1. ANgeli sint vera ὑφιστάμενα & substantiæ? Zanc. de Oper. l. 2. c. 1.

2. *Aliquam habeant compositionem?* Ibid.

3. *Sint Corporei?* Ibid.

4. *Fuerint ab æterno?* Ibid.

5. *Primitus creati fuerint omnes absque omni labe?* Ibid.

6. *Mutationi suâ natura sint obnoxii?* Ibid.

7. *Vere & realiter appareant, vel κατὰ φαντασίαν?* Ibid.

8. *Vera assumant corpora cùm apparent?* Ibid.

9. *In Corporibus assumtis, opera vitæ realiter exerceant?*

10. *Moveantur in instanti?* Ibid.

11. *Sint in loco?* Ibid.

12. *Idem Angelus possit esse in diversis*

diversis locis, aut multi in eodem loco simul? Ibid.

An 13. *Certus sit Ipsorum Numerus?* Ibid.

14. *Aliquis sit inter ipsos ordo?* Ibid. Aq.p.1. q. 55.

15. *Cognoscant per essentias?* Ibid. 1. 3.

16. *Possint edere miracula?*

17. Cognoscant.
- 1. *Singularia?* Ibid
- 2. *Cogitationes. Cordium?*
- 3. *Futura Contingentia?* Ib.

18. *Singuli Electi habeant angelum Custodem?* Ibid.

19. *Distinctæ provinciæ suos habeant Angelos patronos?*

20. *Inter se nonnunquam dissentiant?*

21. *Unquam deserant suam stationem?*

22. *Imperium obtineant boni Angeli in Dæmones?* Ibid.

23. I*nfluant & immutent* H*ominum intellectus & voluntatẽ?* Ibid.

24. *Soliti sunt nunc, ut olim, apparere?* Ibid.

25. *Opus habeant Christo conservatore?* Ibid.

26. *Sint Invocandi?* Ibid.

CAP.

CAP. 2.

De Cacodæmonibus.

1. CAcodæmon eſt Angelus, a primæva ſuæ bonitatis integritate deficiens, & in perpetua malitia poſt lapſum obfirmatus.

2. *Hujus conſiderantur*
- 1. Natura.
- 2. Studia.
- 3. Actiones.

1. Culpam, quæ in genere erat inobedientia, ſuperbiam rebellionem & invidiam in ſe continens; ſpeciatim forſan, quod nolebant acquieſcere in decreto Dei; quod illis innotuit de Chriſto

incarnando *Zanch.* l. 4. c. 2.

3. *Natura explicatur per*

2. *Pœnam*
- 1. Præsentem 1° intellectus occæcationem.
- 2. Voluntatis depravationem.
- 3. Doloris, quem perpetuò circumgerent intentionẽ.
- 4. Futuram in igne æterno immutabilem *Matt.* 25.

4. *Studia sunt:*
- 1. Deo resistere.
- 2. *Homines*
  - 1. Fallere, per tentationes & præstigias.
  - 2. Perdere per insidias & violentiam.

1. Tempo-

5. Actiones illorum ſunt.
- 1. Temporales.
- 2. Spirituales.

6. Temporales ſunt
- 1. *Immediatæ*
  - 1. E Cælo ignem deducere.
  - 2. Excitare tempeſtates.
  - 3. Corpora transferre, animare, mutare.
  - 4. Senſus deludere.
- 2. *Mediatæ* per cauſas naturales, venena miſcere.

1. Homi-

7. Spirituales sunt.
- 1. Hominum ſeductio.
- 2. Corporum obſeſſio.
- 3. Terriculamentorum excitatio.

8. Cacodæmones sunt
- 1. Diabolus, Beelzebub, Satanas,
- 2. Angeli ejus. *Mat.* 25. *Mat.* 12. *Luc.* 11.

Quæ

Quæstiones.

1. ANgeli primitùs lapsi fuerint per superbiam? Zanch. de Oper. *l.* 4.

2. *Impossibile sit ut pœnitentiam agant, & redeant cum Deo in gratiam?* Ibid.

3. *Destituti sint omni cognitione Christi & Evangelii?* Ibid.

4. *Sint Authores Magiæ, Incantationis, fascinationum & præstigiarum?* Ibid.

5. *Assumant Corpora ut fiant Jncubi & succubi?* Ibid.

6. *Inter illos sint distincti ordines & distincta officia?* Ibid.

7. *Prædicere possint futura & miracula edere?* Ibid.

8. *Aliquo dolore & passione afficiantur?*

9. *Incan-*

An { 9. *Incantationibus Magorum cogentur?*

10. *Materiali igne aut gladio dolorem patiantur?*

11. *Licitum sit maleficium maleficio repellere?* Triten. Antipa. l. 4. q. 2.

12. *Maleficium removeatur per balneum?* Ibid. lib. 3.

13. *Sint Remedia aliqua, quibus inpotentiæ maleficium licitè queant removeri?* Ibid. l. 4. q. 4.

CAP.

CAP. 3.

De Sanctis.

1. **S**Ancti Triumphantes ſunt beati iſti Cælicolæ, qui laboribus & doloribus perfuncti, tranſierunt ex hac valle miſeriarum, & jam ſequuntur agnum quocunque incedit.

2. *Horum, perpendenda eſt.*	1. Beatitudo.
	2. Veneratio.

3. Beatitudo illorum conſiſtit in fruitione Dei & Chriſti promiſſis; cujus complementum erit poſt univerſalem reſurrectionem, in revnitione animarum cum corporibus.

4. Veneratio ipſis debetur non religioſa ſed officioſa; civilis & ſocialis, non divina; Duliæ, hyperduliæ vel latriæ

triæ quę consistit in commemoratione, Imitatione, prædicatione, dilectione, quibus illos prosequimur.

5. Et superstitiosa est Canonizatio papæ Sanctorum ad publicum cultum per reliquias. 2 Imagines sive trinitatis, sive Crucifixi, sive Sanctorum aut Crucis. 3 Basilicas consecratas; Benedictiones, peregrinationes, vota.

6. Quia Imagines Trinitatis non licet fabricare, Imagines aliorum ornant ædificia, ut Leones & Boves Solomonis; distingunt nummos, ut Imago Cæsaris. *Matt.* 22. 20. Histor. inservient memoriæ, unde demum peragendi inBezaleel & aholiab*Exod.* 31. 3.

7. Atque obcultumReligiosum, nec fabricandæ sunt Imagines nec ferendæ?

8. Ut nec reliquiæ, quæ honestè sunt habendæ & recordandæ; sed nullatenus è sepulchris eruendæ ut osculentur & adorentur.

9. Omnes enim imagines quæ cultu religioso adorantur, ipso facto colentibus

tibus tranſeunt in Idola.

10. Et proinde ſignum Crucis tranſeuntis. Recordatione ſignificativè aut excitativè uſurpatur in Baptiſmo; non quia effectivè ex opere operato aliquid confert.

11. Templa etiam ſunt extruenda decenti formâ & ornanda, quæ præcibus & lætitiâ piè conſecrentur, ut à communi uſu ſeparentur.

12. Sed papæ non eſt omnibus Eccleſiis modum agendi hîc præſcribere, cum iſta adiaphora, modo abſit ſuperſtitio, à variis Eccleſiis variè poſſunt uſurpari.

13. Baſilicas Chriſto conſecrare cultus latriæ eſt; quem ſoli Deo debet fides grata fidelium. Waldenſ. *Tom.* 3. *Tex.* 17. *c.* 145. *ſer.* 2. Itaque.

14. Quæ Sanctorum inſigniuntur Nominibus, memoriam tantum aut imitationem aut differentiam ab aliis templis, non cultum ſeu Invocationem ſancti alicujus fidelibus commendant.

15. Eadem eſt Feſtorum Ratio & Vigiliarum, quæ Sancti alicujus deſignantur

designantur titulo ; & varie à variis Ecclesiis celebrantur.

16. Dies siquidem Dominicus est tantum jure divino, non præceptivo sed practico, & exemplari consuetudine omnium Ecclesiarum continuata & confirmata, quem violari, à posteris nefas est ducendum.

Quæ-

Quæstiones.

1. S*Ancti defuncti ante diem judicii Beatificâ Dei fruantur visione?* Bell. *de Sanctis* c. 1. *ad* 7.

2. *Sint Invocandi?* Ibid. c. 12. Affelmannus.

3. *Sancti orent pro nobis & preces nostras exaudiant?*

4. *Papæ sit Sanctos Canonizare?*. Ibid c. 8.

An 5. *Reliquiæ & imagines sint colendæ?*

6. *Crux Christi sit adoranda?* Ibid. c. 26.

7. *Utile sit Christianis signo crucis signari?*

8. *Structuræ, situs & ornatus templorum sint adiaphora?* Bell. Ekhardus.

9. *Peregrinationes ad Templa & sepulchra sint probandæ?* Bell.

10. *Dies Festi à Christianis sint celebrandi?* Bell.

11. *Sanctis tales dies sint dicandi?* Ibid.

12. *Dies Dominicus sit jure divino?*

13. *A quarto mandato dependeat?*

14. *Possit jam per consensum Ecclesiarum mutari?*

15. *Recreationes & honesta oblectamenta ejusdem celebrationem profanant?*

LOCUS.

LOCUS XII.

De Sacramentis in genere.



Antum de partibus, sequuntur Ecclesiæ privilegia:

2. *Quæ sunt vel* { 1. In hac vita. 2. Post hanc vitam.

3. *Privilegia Ecclesiæ in hac vita, sunt* { 1. Communio Sanctorum per Sacramenta. 2. Remissio peccatorum.

4. Sacramentum est externum symbolum divinitus institutum, in quo secundum promissionem, gratiam suam in Christo, convenienti signo-

rum & rerum ſignificatarum analogia nobis obſignat, & nos mutuam erga ipſum fidem & pietatem,& erga proximos charitatem teſtamur *Gen.* 17. *Matth.* 28. *Rom.* 4. 1 *Cor.* 7.

5. Itaque non dependent ab intentione aut vocatione miniſtrantis, ſed ab Authoritate inſtituentis.

6. Nec gratiam ex opere operato conferunt, ſed collatam à Spiritu Sancto obſignant, non efficiendo, ſed obligando.

7. *Suntque vel Teſtamenti*	1. Veteris.
	2. Novi.

8. *Sacramenta Veteris Teſtamenti fuerunt vel*	1. Temporaria.
	2. Fixa.

9. Temporaria Sacramenta fuerunt tranſitus per mare rubrum, Manna, Aqua ex Petra, & ſi quæ hujuſmodi.

1. Cir-

10. *Fixa fuerunt*
- 1. Circumcisio.
- 2. Pascha.

11. *Quæ conveniunt cum Sacramentis N. Testamenti.*
- 1. Efficiente, nempe Deo instituente, tam hæc quàm illa.
- 2. Partibus genericis, signo & signato.
- 3. Relatione sive analogia signorum ad rem significatam.
- 4. Significatione, ut sunt visibilia signa invisibilis gratiæ.

- 1. Adjunctis externis, quia hæc promissionis, illa missionis.
- 2. Significandi modo, qui in illis abstrusior sub typis, in his cla,

 rior

12. *Discrepant autem* { rior sive involucris.
3. Materia signorum, Ibi Abscissio præputii, & agni manducatio; Hic aqua, & panis, & vinum.
4. Administrationis libertate, quæ non fixo tempori adstringitur, sed concessæ opportunitati. }

13. Circumcisio erat Sacramentum initiationis V. Testamenti, quo fideles in fædus recipiebantur.

14. Pascha erat Sacramentum continuationis in fœdere, quo fœderati agnum occidendum à mundi principio respiciebant.

15. Sacramenta N. Testamenti alunt fidem per modum objecti repræsentantis, Divinam promissionem aut sigillam illam obsignantis fidelium cordibus.

16. Non sunt ergò signa practica, quæ gratiam continent aut efficiunt. Non enim verbum consecratorium indit

indit illis virtutem supernaturalem, sed concionatoriū seponit & appendit, ut fidei sigillum & fœderis Authoramentum.

17. Ubi obsignatio talis promissionum respicit fidem fœderis in Infantibus, fœderatorum fidem in Adultis.

18. Nec imprimunt quædam Sacramenta (nempe Baptissimus, confirmatio & ordo) characterem indelebilem, quæ qualitas sit absoluta, quâ adaptetur obsignatus ad cultum divinum, & configuretur Christo, & distinguatur ab aliis.

19. Ceremoniæ in administrandis Sacramentis admitti debent, quæ tendunt ad ædificationem & εὐταξίαν, non quæ multitudine onerant, pompâ obruunt, & superstitione inficiunt.

Quæstiones.

1. S*Acramenti Nomen ſit admittendum?* Bell. de Sacr. *l.* 1. *c.* 1.

2. *Poſſit propriè definiri?* Ibid. c. 11.

3. *Definitio Sacramenti univocè conveniat Sacramentis legis veteris & novæ?* Ibid. c. 12.

4. *Sacramenta componantur ex rebus & verbis tanquam ex materia & forma?* Ibid. c. 18.

5. *Verba formalia in Sacramentis ſint concionatoria potius quàm conſecratoria?* Ibid. c. 19.

6. *Liceat addere vel minuere in rebus aut verbis Sacramentalibus?* Ibid. c. 21.

7. *Solius Christi ſit Sacramenta inſtituere?* Ibid. c. 23.

8. *Sacramenta à fide, probitate aut vocatione adminiſtrantis dependeant?* Ibid. c. 26.

9. *Inten-*

An { 9. *Intentio Ministri faciendi, quod facit Ecclesia, requiratur ut sacramentum sit efficax?* Ib. c. 27.

10. *Sacramenta V. & N. Testamenti inter se differant?* Ibid. l. 2. c. 12.

11. *Quædam ex illis imprimant characterem indelebilem?* Ib. c. 18.

12. *Sacramenta conferant gratiam ex opere operato?*

13. *Ceremoniæ in administrandis Sacramentis rectè à Pontificiis præscribantur?* Ibid. l. 2. c. 8.

14. *Aliquæ Ceremoniæ vim habeant Spiritualem ad fugandos dæmones?* Ibid. l. 2. c. 31.

15 *Omnes Ceremoniæ ab hominibus institutæ sint liberæ observationes?* Ibid.

16. *In Ecclesia Latina Sacramenta sint latinè necessariò administranda?* Ibid.

LOCUS.

LOCUS XIII.

De Baptismo.

1. **S***Acramenta N. T. sunt, vel:* { 1. Indubitata, quæ sunt { 1. Baptismus. 2. Cæna Domini. / 2. Controversa.

2. Baptismus est Sacramentum; quo fœderati à ministro Ecclesiæ, Aquâ abluuntur, in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti; ut Christo insiti internæ ablutionis per sanguinem & Spiritum ipsius fiant participes. *Trelc.*

1. *Efficiens* { 1. Author; Christus. 2. Ministrans, qui ad id ordinatur.

3. *Ejus*

- 2. *Materia*
  - 1. Externa, Aqua
  - 2. Interna, ſanguis Chriſti.
  - 3. Ceremonialis, aſperſio.
  - 4. Recipiens, fœderatus.
- 3. *Forma*, eſt ἀναλογία inter ſignum & ſignatum.
- 4. *Finis*
  - 1. Primarius, eſt peccatorum remiſſionem, beneficium regenerationis, & vionis cum Chriſto obſignare.
  - 2. Secundarius, teſtificare obedientiã, diſcernere fideles

deles infide-
libus, eosq;
unire.

4. Baptiſmus non eſt ita præcisè neceſſarius, ut ejus condemnat defectus; ſed contemptus.

5. Infantes æque ac adulti ſunt Baptizandi, & habent fidem habitualem ſaltem ſi non actualem; Nec tollit peccatum ut non ſit, ſed ut non imputetur.

6. Itaque non licet fœminis aut non vocatis Baptizare, quia non neceſſitate medii, ſed præcepti Baptiſmus requiritur.

7. Baptiſmus *Johannis*, diſcrepat à Baptiſmo Apoſtolorum non ſubſtantiâ, ſed circumſtantiis; quia idem ſunt efficiente, Deo; materia, Aqua; forma, immerſione: fine, remiſſione peccatorum: diſcriment erat, quod *Johannes Babtizabat* in Chriſtum exhibendũ & patefaciendum: Apoſtoli in exhibitum & patefactum: Ideoque Baptiſmus Johannis non pertinet ad Vetus Teſtamentum, ſed ad Nov.

8. Ceremoniæ autem iſtæ ante Baptiſmum

tiſmum 12. Nominis exhibitio. 2. Scrutinium. 3. Abrenunciatio Satanæ. 4. Fidei Profeſſio. 5. Signum crucis in fronte & pectore. 6. Exorciſmus. 7. Exſufflatio. 8. Guſtus ſalis. 9. Saliva, quâ tanguntur nares & aures, cum dicitur Ephata. 10. Impoſitio mannum. 11. Unctio. 12. Abſtinentia vini & carnium, & etiam rei uxoriæ à Pontificiis obſervatæ.

9. Ut & illa quinque quæ Baptiſmum comitantur, ut impoſitio Nominis. 2. Suſceptores. 3. Conſecratio aquæ. 4. Trina merſio. 5. Tempus Paſchale & Pentecoſtes,

10. Unà cum quinque aliis quæ Baptiſmum ſequuntur. 1. Oſculo. 2. Unctione Chriſmatis in vertice. 3. Coreo accenſo. 4 Veſte candida. 5. Delibatione lactis & mellis,

11. Aut Adiaphora ſunt, & pro Arbitratu diverſimodè à Reformatis uſurpantur; aut ridicule & ſuperſtitioſe vel præpoſterè à Baptiſmo adultorum aut Catechumenorum ad pædobaptiſmum traductæ, & proinde meritò exſufflantur.

Quæstiones.

1. BAptismus præcisè ad salutem sit necessarius? Bellar.

2. Possint Laici & obstetrices Baptizare? Ibid. c. 7.

3. Nomina singularum S. Trinitatis personarum in Baptismo necessariò sint exprimenda? Bell. c. 3. contr. vorstium. Hommius.

4. Dentur Baptismi sanguinis & flaminis? Bell.

5. Infantes sint Baptizandi? Ibid. c. 8.

6. Fides necessariò ad Baptismum requiratur?

7. Infantes fidem habeant? Bell.

8. Sine Baptismo morientes salvari possint?

9. Detur Limbus puerorum?

10. Aquæ

An { 10. *Aqua Baptismi vim habeat peccata delendi?* Hom. Bell.

11. *Obsignet remissionem peccatorum post Baptismum admittendorum?* Ibid.

12. *Liberet Homines à legis obligatione?* Bell. *c.* 16.

13. *Per Baptismum vota fiant irrita?* Ibid. 16.

14. *Baptismus* Johannis *sit idem cum Christi Baptismo?*

15. *In Baptismo signo Crucis uti liceat?*

16. *Pro Aqua aliud elementum substitui possit?* Hom.

17. *Patrui necessariò sint adhibendi?*

18. *Pontificiæ Ceremoniæ sint maxima ex parte superstitiosæ?* }

LOCUS.

LOCUS XIV.

De Cœna Domini.

CAP. I.

De Eucharistia.

1.  *Æna Domini consideratur, vel ut*
   1. Sacramentum, vulgò dictum Eucharistia.
   2. Sacrificiũ, quod nomine Missæ obtruditur.

2. Eucharistia est Sacramentum N. Testamenti à Christo institutum, ad finem usque seculi duraturum, in quo legitimâ panis & vini consecratione, distributione & sumptione; ita ut mors Domini annuncietur, Interna corporis Christi sumptio fruitioque significatur, & arctissima nostra cura Christo

Christo κοινωνία obsignatur, propter Christi institutionem ex analogia signi ad rem signatam. Fideles autem suam gratitudinem & obligationem una cum communione inter seipsos, & ab aliis omnibus discriminationem profitentur.

3. Ejus efficiens primarius est Christus, secundarius Minister.

4. *A quo attendenda & sequenda sunt*
- 1. F*acta*
  - 1. *Eulogia* seu eucharistia, quæ patribus est consecratio.
  - 2. Fractio panis, & vini in poculum infusio.
  - 3. Fracti panis & infusi vini præbitio, & distributio.

2. *Verba*
- 1. *Præceptiva.*
  - 1. Ministris, *Hoc facite.*
  - 2. Omnibus, *edite, bibite.*
- 2. *Oriſtica*, hoc eſt *corpus meum.*
- 3. Ἐξηγητικά, *mortem Annunciate.*

5. *Materia Ex quâ*
- 1. Cæleſtis ſeu Spiritualis Chriſtus θεάνθρωπος, qui preſens tantum eſt Sacramento, ut pars toti, relatum correlato, Recipientibus repreſentativè: objectivè & effectivè fidei: Symbolis vero Sacramentaliter, habitudinaliter, Relativè.
- 2. Terreſtris ſeu elementaris panis & vinum, quę mutantur tantum quoad uſum, non ſubſtantiam.

1. Inſti-

6. *Forma, ratione*
- 1. Institutionis, est imitatio instituentis; faciendo quod ipse fecit & præcepit.
- 2. instituti, est unio inter signum & signatum & utriusque ad fideles communicantes respectus, qua unum fiunt analogia & similitudine; unde significandi, obsignandi & præbendi usus, & signi & signati alteratio.

7. *Finis*
- 1. Primarius, est confirmatio communionis nostræ cum Christo, & fidei de promissionibus in ipso.
- 2. *Secundarius est*
  - 1. Commemoratio:
  - 2. Gratitudinis testimonium:
  - 3. Mutuæ charitatis signũ:
  - 4. Professionis Tessera.

8. *Verba Institutionis intelligantur*,

1. *Logicè*, & sic est prædicatio irregularis, sive inusitata, quæ dicitur Sacramentalis.

2. *Rhetorice*, *sic corpus est*

1. Copula, per Metonymiam simplicem.

2. Tota Orationis structura, per μετωνυμίαν relativam.

3. *Prædicatũ*, *ratione*

1. *Analogiæ* per Metaphorã.

2. Alternationis subjecti & adjuncti, per μετωνυμίαν συνεκδοχικήν.

3. Theo-

3. Theologicè: Sic panis est corpus, hoc est, significat, obsignat, & exhibet corpus Christi Spiritualiter & Sacramentaliter; non ori, sed fidei, non denti, sed menti, non transubstantiatum sub Speciebus Accidentalibus absque subjecto, sed traditum ut signatum sub signo.

9. Ubi etiam verba intelligantur significare res ipsas, ut res tantum significatæ, sint symbola aliarum rerum quæ non videntur, & ita interveniat typus potius, quàm tropus. *Molin. pag.* 48.

1. Non datur Transubstantiatio, qua panis & vinum prorsus esse desinunt, quoad substantiam: manentibus tamen eorum accidentibus, ut & corpus Christi & sanguis in eorum locum sub-

ſubſtituatur.

2. Nec poſſibile eſt, ut idem Corpus numero ſit ubique, aut in diverſis locis ſimul.

3. Nec requiritur ut panis Sacramenti ſit azymus, aut vinum aquâ temperatum.

4. Nec quinque illa verba conſecrationis ſunt operativa, ſed explicatoria, & concionatoria.

10. *Itaque* 5. Nec panis eſt integer deglutiendus, ſed juxta actionem inſtituentis, frangendus.

6. Reprobi & impii ſumunt non panem Dominum, ſed panem Domini in condemnationem.

7. Nec neceſſe eſt ad debitam præparationem ad hoc Sacramentum recipiendũ, ut aliquis peccata auriculariter Sacerdoti ſigillatim confiteatur.

8. Nec

8. Nec ſubtrahendum eſt poculum Laicis, ſub prætextu phyſicę alicujus concomitantiæ, aut papalis in mutando Chriſti inſtitutum Authoritatis.

9. Nec manet corpus Domini extra uſum, ut circumgeſtetur & adoretur.

10. *Genibus flexis hoc* Sacramentum commodiſſime percipitur, ad beneficii tanti collati venerandam recognitionem.

Quæstiones.

An {

1. *CHristus sit præsens in Eucharistia corporaliter?* Bell. *l.* .1. *&* 2. *cum parte*. 3. *usque ad* cap. 11.

2. *Detur Transubstantiatio?*

3. *Tropus admittendus sit in verbis cœnæ?* Bell. l. 1. c. 9. *Prolius Cont. General. Special.* 6. p. 456.

4. *Corpus Christi possit esse ubique?*

5. *Possit esse in diversis locis simul?*

6. *Extra usum remaneat corpus Domini sub specie corporati panis?* l. 4. c. 1.

7. *Eucharistia in pane Azymo sit necessariò administranda?* Ibid. *c.* 7.

8. *Panis fractio requiratur in hoc Sacramento?* Heselb.

9. *Ad*

9. *Ad debitam præparationem requiratur auricularis confessio?*

10. *Cæna sit celebranda sub utraque specie?*

11. *Panis consecratus sit adorandus?*

12. *Vinum sit aquâ diluendum?*

13. *Infideles & hypocritæ in cæna manducent corpus Domini?* Osiand. Ench. Cont. Calvis. *c.* 2. *q.* 2. *p.* 73.

14. *Statuenda sit in cæna Spiritualis tantum Manducatio.* Osia. Ibid. *q.* 1. *p.* 63.

CAP.

CAP. 2.

De Missa.

1. Cænæ Dominicæ Sacramentum mutant Pontificii in Missæ Sacrificium.

2. *Cujus perpendatur*
- 1. Natura.
- 2. Usus.
- 3. Canon.

5. Missa est Idolum Pontificium unico Christi Sacrificio derogatorium, à Sacrificulis theatricè propositum, ad sumendas potius pecunias, quàm lucrandas hominum Animas.

1. Sacrificii quod impiè redintegratur, ac si semel à Christo non fuerit sufficienter oblatum.

blatum.

4. *Sacrilega est respectu*

2. Sacerdotis, ac si alius potuisset offerre Sacrificium propitiatorium Deo, præter Christum.

3. Eorum pro quibus offertur, ac si quicquam talis oblatio mortuis prodesset, aut in purgatorio laborantibus.

4. Omnium, cum impiè adoratur, aut privata fit aut angularis & offertur ob fines turpes aut Civiles, non Spirituales.

5. Et Canon Missæ tametsi multas contineat preculas, & Scripturæ particulas pias & Orthodoxas, tot tamen ingerit superstitiones à Diversis Pontificum cerebellis confictas, ut non immeritò à nostris damnetur, donec purgetur.

Quæ-

Quæstiones.

An 1. M*issa apud Antiquos fuerit Liturgia?* Bell. *lib.* 5. *&c.*

2. *Sit Sacrificium expiatorium?* Ibid.

3. *Prosit omnibus viventibus?* Ibid. *l.* 6. *c.* 6.

4. *Rectè offeratur pro defunctis in purgatorio?* Ibid.

5. *Rectè celebretur pro Sanctis?* c. 8.

6. *Missæ privatæ sint ferendæ?* Ibid. *c.* 9.

7. *Conveniat Lingua Latinâ inter non intelligentes celebrari?* Ibid. 11.

8. *Omnia necessaria in Missa altâ voce sint efferenda ut audiantur?* Ibid. *cap.* 12.

9. *Multæ in Missa ceremoniæ sint Idolatricæ?*

10. *Canon Missæ, ut nunc est à Concilio Tridentino Reformatus sit probandus?*

LOCUS

LOCUS. XV.

De Confirmatione.

1. SIc de Sacramentis indubitatis: succedunt controversa.

2. *Quæ sunt*
- 1. Confirmatio.
- 2. Pænitentia.
- 3. Extrema unctio.
- 4. Ordo.
- 5. Matrimonium.

3. Confirmatio est laudabilis Ritus Ecclesiæ, quo Episcopus per manuum impositionem & preces, catechumenos sive adultos, auditâ priùs & examinata illorum fide & confessione, confirmabat & hortabatur ad progressum.

4. Itaque est pars disciplinæ Ecclesiasticæ, à pia Antiquitate in Imitationem Apostolorum introducta. Ut quem-

quemadmodum illi per manuum impositionem Spiritum Sanctum conferebant, dum vigebat donum illud in Ecclesia: Ita nostri hodiè augmentum ejusdem Spiritus pro adultis implorant.

5. Et non est Sacramentum, quia non in eum finem à Deo erat instituta, Et ejus materia sive oleum Balsamo admistum ab Episcopo consecratum, sive unctio ex isto oleo in forma Crucis, ut etiam hæc forma, consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sunt prorsus apocrypha.

6. Nec Authentici magis sunt isti duo effectus, Augmentum gratiæ gratum facientis, & character indelebilis, unde evenit, ut non sit Iterabilis.

7. Minister ejus ordinarius ex Ecclesiæ consuetudine est Episcopus, non ob legis necessitatem, sed ob Sacerdotii honorem: extraordinarius potest esse presbyter.

8. Et ritè administratur per preces & manuum impositionem, ascito

(ut

(ut moris est) patrimo, aut matrima, absque ulteriori Ceremoniarum sarcina.

Quæstiones.

An

1. C*onfirmatio sit in Ecclesia ferenda?* Whitgift. *Defens. tract.* 21. c. 5. Hooker. *l.* 1. §. 66.

2. *Sit Necessaria?*

3. *Sit Sacramentum?* Bell. *de confirm.*

4. *Chrysma per Episcopum consecratum sit conveniens Materia hujus Sacramenti?* Aquin. *p.* 3. *q.* 72. Art. 2. & 3. Bell. Ibid.

5. *Forma ejus à Pontificiis rectè assignetur.* Ibid. Aquin. Art. 4.

6. *Majorem conferat gratiam ad roborandam animam contra Diaboli Impetum, quàm Baptismus?* Bell. *c.* 11.

7. *Im-*

7. *Imprimat Characterem?* Bell. Ibid. Aqui. *par.* 3. *q.* 72. Art. 5.

8. *Ejus Character Characterem præsupponat Baptismi?* Ibid. *art.* 6.

9. *Sit adultis omnibus Baptizatis in fronte exhibenda?* Ibid. *art.* 7. 8.

10. *Qui confirmatur, debeat ab alio teneri?* Ibid. *art.* 10.

11. *Solus Episcopus hoc Sacramentum Conferre possit?* Ibid. 11.

M LOCUS.

LOCUS. XVI.

De Pœnitentia.

1. POenitentia eſt actus hominis per Spiritum Sanctum in ipſo effectus, quo ſyncerè ſe toto corde avertit ab omni malo, & ad Deum convertit, idque externè factis exprimit.

2. *Eſtque vel.* { 1. Interna. 2. Externa. }

3. Interna eſt mentis depravatæ quoad omnes facultates in melius mutatio. *p.* 51.

1. Carnis Mortificatione, in contrita peccati agnitione, confeſſione,

4. *Et Constat ex* fessione, & serio ob admissum dolorem & detestationem.
2. Novi Hominis vivificatione, quâ conscientia per fidem in Christum erigitur, & novæ obedientiæ solus homo obligatur.

5. Externa est, quæ signis & fructibus se externè declarat, sive privatim, sive publicè.

6. *Estque vel*
1. Ordinaria.
2. Extraordinaria.

7. Ordinaria, quâ quotidiè peccata confitemur, & deploramus.

8. *Idque vel*
1. Soli, ut publicanus. *Luc.* 18. 14.
2. Conjunctim cum Ecclesia, ut in liturgiis Ecclesiæ.

9. Extraordinaria, quæ (prout occasio tulerit) suscipitur vel injungitur.

10. *Aut à*
- 1. Tota Ecclesia ad mandatum Magistratus, vel ad malum imminens avertendum, vel ad bonum consequendũ, vel ad gratitudinem agnoscendum. *Joh.* 3. *Joel.* 2. *Hest.* 4.
- 2. Privatis uno aut pluribus, qui delinquendo Ecclesiam scandalo affecerunt, 2 *Cor.* 2.2.

11. *Ejus partes sunt*
- 1. Contritio, nempe verus dolor manifestatus, ob excommunicationẽ à cœtu Ecclesiastico.
- 2. Confessio, coram Hominibus juxta Ecclesiæ censuram.
- 3. Satisfactio, non Deo, sed Ecclesiæ Scandalo affectæ, aut aliis specia-tim læsis.

12. Itaque

12. Itaque pœnitentiæ vocabulum malè ſubſtituitur pro Reſipiſcentia, nec eſt Sacramentum, cum Actus Sacerdotis Abſolventis, ad enunciationem pertineat Evangelii, & injunctio operum pænalium ad Diſciplinam Eccleſiaſticam.

13. Nec Miniſtri virtute clavium ſunt Arbitri aut Judices à Chriſto ad abſolvendum conſtituti, ſed internuncii & præcones Iræ aut gratiæ, & proinde non abſolvunt Authoritativè, ſed declarativè.

14. Nec confeſſio Auricularis eſt Juris divini ſed papalis, non neceſſaria, ſed arbitraria.

15. Nec Deus reſervat pœnam remiſſâ culpâ, ſed utrumque liberè propter Chriſtum condonat. Satiſfacere quidem poſſumus Eccleſiæ pro ſcandalo, non Deo pro admiſſo peccato.

16. Quoniam Oratio, Jejunium, Eleemoſyna, non ſunt opera ſatisfactoria, ſed pœnitentiæ debita obſequia & ad emendationem media, quæ referenda ſunt ad ſanctificatio-

nem non ad justificationem.

17. Pœnæ autem , quæ Renatis à Deo infliguntur , sunt vel ἐπιτιμίας objurgationes, vel παιδείας castigationes, vel δοκιμασίας Probationes, vel μαρτυρίας Testimonia, non τιμωρείας, supplicia inflicta, quæ peccatis æquipollerent.

11. Indulgentiæ verò papales, quibus pæna dicitur remitti per applicationem satisfactionum superfluarum: & Jubilæa, quæ hîc appenduntur vel sunt sacrilegæ Animarum nundinationes, vel Refossæ Judaismi Reliquiæ, quæ pænitentes potius implicant quàm absolvunt.

Qua-

Quæstiones.

1. P*Oenitentia sit Sacramentum?* Aq. *par.* 3. *q.* 84.

2. *Contritio, confessio & satisfactio sint partes veræ pœnitentiæ?* Bell. *l.* 1. *c.* 17. 18.

3. *Confessio Auricularis sit necessaria ad peccatorum remissionem?* Ibid. *l.* 3.

4. *Remissâ culpâ maneat debitum luendæ pœnæ?* Ibid. *c.* 1. 2. Aq. *par.* 3. *q.* 86. *A.* 4.

5. *Oratio, Jejunium & eleemosyna sint opera satisfactoria?* Ibid. *c.* 6. Aq. supp. *q.* 15. *art.* 3.

6. *Absolutio sit tantum declarativa?* Aq. *sup. q.* 2. 62.

7. *Indulgentiæ papisticæ valeant ad remissionem culpæ & pœnæ?* q. d. 1. 147.

8, *Sint tantum pœnarum Cano-*

nicarum quæ ab Ecclesia injunguntur in hac vita relaxatio?

9. *Sancti vel Christus habuerit superflua merita?*

10 *Jubileus Pontificiorum sit ullo modo probandus?*

11. *Peccata venialia remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, trusionem pectoris, orationem Dominicam & hujusmodi?* Aq. *q.* 87. *art.* 3.

12. *Peccata per pœnitentiam dimissa redeant per ingratitudinē?* Ibid. *q.* 88.

An < 13. *Per pœnitentiam restituantur virtutes?* Ibid. *q.* 89.

14. *Homo debeat conteri de futuris & peccato alieno?* sup. *q.* 2.

15. *In quolibet casu teneatur Sacerdos celare peccata, quæ sub sigillo confessionis novit?* Ibid. *q.* 11. A. 5.

16. *Hæretici, Schismatici aut Excommunicati, usum habeant clavium?* Aq. *sup. q.* 19.

17. *Ferenda sit hodie Excommunicatio in Ecclesia?* Erastus

18. *Aliquis*

18. *Aliquis uti possit clavibus in suum superiorem ?* Aq. Ibid. 20.

19. *Non Sacerdotes excommunicare possint?* Ibid. *q*. 21.

20. *Qui semel excommunicatus est, excommunicari possit ulterius?* Ibid *q*. 22.

21. *Aliquis possit absolvi invitus?* Ibid. 24.

22. *Indulgentiæ tantùm valeant, quantum pronunciantur ?* Ib. *q*. 25.

23. *Sacerdos Parochialis possit Indulgentias facere ?* Ib. *q*. 26.

24. *Pœnitentia solennis sit imponenda mulieribus?* Ib. *q*. 28.

LOCUS.

LOCUS XIII.

De Extrema Unctione.

1. UNctio erat ritus temporalis tempore Apostolorum dono Sanationis annexus; quo Apostoli, vel seniores fideles clerici vel Laici, ægrotos quoslibet inungebant, ut ad sanitatem rursus restituerentur.

2. Ergo erat doni ad sanandum symbolum, non morbi medicamentum. Et sanatio effectus erat orationis & fidei ut instrumentorum, & Domini ut Causæ principalis, non sacerdotis aut Olei.

3. Quare, nec Sacramentum esse potest, quia nec refertur ad animam, sed corpus, nec ritus erat perpetuus sed temporalis, durante nempe dono: unde hodiè nec corpus sanat, nec peccatorum

catorum reliquias abſtergit.

4. Nec neceſſarius erat unquam Sacerdos, multò minus nunc eſt, ad hujus unctionis eſſentiam; nec ſolum ſalutaris fuit Adultis, aut fidelibus, ſed indiſcriminatim omnibus: utcunque ceremoniæ ungendi quinque ſenſus, Renes & pedes, fuerunt omiſſæ, præſertim propter honeſtatem in Fæminis.

Quæstiones.

An { 1. UNctio Extrema *ʃit hodiè neceʃʃaria?* lib Integr.
2. *Sit Sacramentum?*

LOCUS.

LOCUS XVIII.

De Ordine.

1. ORdinatio eſt ſignificatio voluntatis Eccleſiæ & poteſtatis Miniſtro datæ, quâ poteſt liberè Miniſterij munus obire.

2. Confertur autem per preces & Impoſitionem manuum Epiſcopi vel (ubi non eſt Epiſcopus) presbyteri, qui agendi modus non gratiam confert Juſtificationis, ſed vocationis.

3. Itaque non propriè dici poteſt Sacramentum, quia nec materia ejus eſt neceſſaria, nempe Impoſitio (ut ſtatuunt Pontificii) manuum & inſtrumentorum porrectio, quæ prorſus arbitraria ſunt, & in ſacris literis nuſquam tradita.

4. Character autem & gratia gra-

tum

tum faciens per illam collata, quemadmodum ceremoniæ & rasura; Inventa sunt humana, & proinde pro Sacramentis non admittenda.

Quæstiones.

An { 1. *MAnuum Impositio ad essentiam ordinis pertineat?*
2. *Ordo sit Sacramentum?*
3. *An Ordinatio sit Actus Jurisdictionis Episcopalis?*
4. *An Ordines à Presbyteris collati, sint validi?* }

LOCUS.

LOCUS. XIX.

De Matrimonio.

1. MAtrimonium eſt conjunctio individua (in gradibus conſanguinitatis & affinitatis in Dei verbo non prohibitis) unius viri uniuſque fæminæ, eorumque puberum & legitimè conſentientium in unam carnem, à Deo inſtituta, liberos procreandi, fornicationem evitandi, aut mutui adjutorii cauſa.

1. Efficiens eſt Deus, ſub quo, parentes, vel qui ſunt Parentum loco, ſunt cauſæ efficientes procreantes; miniſter adminiſtrans.
2. Materia, vir & fæmina, puberes

2. *Ejus causa*

puberes in gradu consanguinitatis aut affinitatis non prohibiti.

3. Forma, est mutuus consensus declaratus per verba de præsenti : Ego accipio Te in uxorem; Ego Te in virum.

4. *Fines*
1. Mutuum adjutorium.
2. Liberorum procreatio.
3. Remedium vagæ libidinis.

3. Itaque, non est Sacramentum Novi Testamenti conferens gratiam justificantem, & obsignans nostram cum Christo unionem, sed sacra tantùm Actio adumbrans Christi & Ecclesię conjunctionem.

4. Consensus quatenus determinantur ab altero, contrahentium sunt materia; quatenus determinant verò, causa formalis.

5. Nec Polygamia est ullo modo ferenda

ferenda inter Chriſtianos, licet in patribus non erat reprehenſa, aut quia peculiarem habebant à Deo diſpenſationem, aut quia cæteris eorum virtutibus hujuſmodi lapſus erant condonati.

6. Digamia verò ſucceſſiva, cum quis mortuâ priori uxore, ad ſecundas aut alias deinceps tranſit nuptias, non tantùm Laicis, ſed miniſtris fuit ſemper licita.

7. *Matrimonium autem eſt duplex.*
- 1. Inchoatum ſive ſponſalia.
- 2. Ratum & conſummatum.

8. Sponſalia ſunt promiſſio futuri conjugii, quibus perſonæ nubendæ mutuam ſpondent fidem de matrimonio contrahendo.

9. *Idque vel per verba de*

1. Futuro, ſive conditionata, ut ego te accipiam, ſi hoc vel illud ſit præſtitum.

2. Præſenti, & ſic non differunt à nuptiis eſſentialiter, ſed ſecundum declarationem, hoc modo *Rachel* ſit uxor *Jacobi.* Gen. 29. 21. *Maria Ioſeph.* Matth. 1. 20.

10. Horum diſſolutio dicitur repudium.

Quod

Quod admitti ſolet vel reſpectu

- 1. Contrahentium, ſi poſt contractum alterutra pars inveniretur in
  - 1. *Vita*
    - 1. Infamis.
    - 2. Turpis.
    - 3. Irreconciliabiliter offenſa.
    - 4. Malitioſus deſertor.
    - 5. Adulter.
  - 2. *Corpore.*
    - 1. Inſufficiens.
    - 2. Morboſus.
    - 3. Mutilus.
  - 3. *Conditione intra gradus.*
    - 1. Affinitatis.
    - 2. Conſanguinitatis.
    - 3. Pubertatis.
- 2. Coneiliantium, ſi deſit parentum conſenſus.

II. Conjugii ſive Matrimonii conſummati diſſolutio, propriè dicitur divortium.

12. *Matrimonium autē quædam*

1. Contrahendum tantùm impediunt, juxta illud ; Eccleſiæ vetitum nec in tempus feriatum. Jmpediunt fieri, permittunt facta teneri. Sed hoc non jure divino , ſed Eccleſiaſtico , ideoque perperam Concilium Tridentinum contractum Matrimonium dirimit propter Tempus non obſervatum juxta Canonem. *Bell. de Matrimon.* cap. 18. 2373.

2. Dirimunt contractum de facto, & faciunt irritū juxta verſiculos.

Error , Conditio , Votum , Cognatio , Crimen ; Cultus diſparitas, vis , Ordo , Ligamen , Honeſtas ſi ſit Affinis , ſi fortè coire nequibis , Hæc ſocianda

ſocianda vetant connubia, facta retractant.

13. *Ex quibus 12 nos hæc tantum 5 Agnoſcimus.*

1. Errorem.
2. Coactionem.
3. Impotentiam coitus ante nuptias.
4. Ligamen ſive præcontractum.
5. Gradus certos.
   1. Affinitatis.
   2. Conſanguinitatis.

Quibus accedunt.

1. Adulterium. *Matth.* 5. 19.
2. Malitioſa deſertio. 1 *Cor.* 7.

Nota, a parentibus aut aliis Conſenſus requiritur, ad nuptiarum honeſtatem, non eſſentiam.

14. In linea recta illicitæ ſunt omnes nuptiæ aſcendendo vel deſcendendo:

ut ſi *Adam* eſſet hodiè in vivis, non poſſet uxorem aliquam è poſteris ducere.

15. In linea verò Collaterali Propinquorum, ſive conſanguinei ſint, ſive Affines, qui à proximo communi ſtirpe, gradibus ſaltem duobus diſtant, conjugium licitum eſt, illicitum Aliorum. *Butler.*

Quæ-

Quæstiones.

1. S*Tatus Virginalis, quàm Conjugalis ſit Sanctior?* Hom. 33, 2.

2. *Licitæ ſint* Nuptiæ *abſque Parentum conſenſu?* Zanch.

3. *Polygamia ſit, vel unquam fuerit probanda?*

4. *Digamia excludat à Sacris Ordinibus?* Aq. *ſup. q.* 66.

5. *Diſparitas Religionis Matrimonium contrahendum impediat, aut contractum dirimat?*

6. *Eccleſia poſſit diſpenſare in gradibus prohibitis?* Lev. 18.

7. *Cognatio ſpiritualis impediat Matrimonium?* Aq. *ſup. q.* 56.

8. *Sponſalia per verba de præſenti contrahant matrimonium?* Aq. *ſup. q.* 45.

9. *Divortium ſit licitum propter*

pter Adulterium, quoad vinculum? Bell, Aq. *sup. q.* 67.

10. *Parti Innocenti liceat ad alias nuptias transire?* Aq. *sup. q.* 67.

11. *Conjugium Consobrinorum sit licitum* Butl. 36.

12. *Matrimonium sit Sacramentum?*

13. *Causæ Matrimoniales judicari possint à Politico Magistratu?* Hom.

14. *Carnalis commixtio sit de integritate matrimonii.* Aq. *sup.*

An { *q.* 41. 44.

15. *Consensus Coactus tollat Matrimonium?* Aq. *sup. q.* 47. *art.* 3.

16. *Consensus qui facit Matrimonium sit consensus in carnalem copulam?* Aq. *sup. q.* 48.

17. *Consanguinitas de jure naturali impediat Matrimonium?* Aq. *sup. q.* 54.

18. *Illicitus Concubitus causet affinitatem?* Ibid. *q.* 55. *art.* 3.

19. *Affi-*

19. *Affinitas ex Sponsalibus oriatur?* Ibid.

20. *Affinitas sit causa affinitatis?* Ibid.

21. *Ex Adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium?* Ibid. *q.* 57. *art.* 2.

22. *Fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli?* Ibid. *q.* 59.

23. *Liceat Uxorem interficere inventam in actu adulterii?* Ibid. *q.* 60.

24. *In diebus Sacris impediatur petitio debiti?* Ibid. *q.* 64.

25. *Habere Concubinam sit contra legem?* Ibid. *q.* 65.

26. *Nothus possit legitimari?* Ibid. *q.* 68.

27. *Matrimonium sit vinculum quovismodo dissolubile?*

28. *Adulterium Actu solvat?*

29. *Adulterium faciat solubile per Ecclesiam?*

30. *Si Ecclesia non solvat unusquisque potest uxorem adulteram demittere?*

31. Si solvat Ecclesia quoad mensam & toram, possint soluti cum aliis contrahere salvâ conscientia?

32. Ejusdem juris sint ex hâc parte vir & fœmina?

33. Separati quoad Mensam & Torã possint in integrum restitui?

34. Hoc fieri possit ex mutua condonatione, absque interventu Ecclesiæ?

35. Si fiat opus sint redintegratis impiis?

LOCUS.

LOCUS. XX.

De Gratia primi Hominis.

1. HUcusque de primo Ecclesiæ privilegio in hac vita, quod est communio Sanctorum per Sacramenta: sequitur secundum, quod est remissio peccatorum.

2. *Remissio peccatorũ præsupponit triplicem Hominis statum*	1. Institutum in gratia.	1. Generationis.
	2. Destitutum à gratia.	2. Degenerationis.
	3. Restitutum ad gratiam.	3. Regenerationis.

3. Status

3. Status institutus erat ad Imaginem Dei & similitudinem conformitas. *Gen.* 1. 27. 28. *Col*. 9. 6.

4. *Ea fuit duplex* { 1. Principalis. 2. Secundaria.

5. Principalis eminet in animæ natura & facultatum omnium rectitudine naturali.

6. Itaque justitia Originalis, non quà sumitur activè ratione originis à Deo, sed passivè quà Homini indita fuit, ab origine fuit Adamo non supernaturalis, quæ ut aureum frænum erat illi injectum ad cohibendos appetitus affectus, qui aliter rebellassent in primo statu ex conditione materiæ: sed naturalis non naturam constituens, ut forma vel materia, sed consequens, non tamen reciprocè, ut propria passio, sed contingenter, ut qualitas naturalis, quæ potuit tolli.

7. Unde licet nihil amiserit *Adam* constituens

constituens naturam, consequens tamen naturam aliquid amisit, unde non manet nobis liberum Arbitrium, quia reparatio Imaginis Dei, quæ casu isto erat tantum non extincta, est tantum inchoata in hac vita, perficienda postea in patria.

1. Conformitas secundaria erat tũ in
1. Corporis humani naturali conditione incorruptibili.
2. Totius hominis in cæteras creaturas dominio.

9. Corpus primi hominis in statu innocentiæ, potentiam habuit non moriendi, quæ, conditione peccati non interveniente, à corpore separari non potuit.

10. Itaque non gratia erat supernaturalis, quod homo sic constitutus potuisset non mori, sed conditio naturalis, idque in Paradyso à Deo plantato.

11. Paradysus erat locus amœnissi- in agro Babylonico, ubi nunc piscina

quædam

quædam flagrat (teste *Plinio*) jugeris magnitudine, quem irrigebat *Euphrates* in quatuor Alveos deductus:

12. *Quorum appellabatur*	1. Pishon.	Absorpti in paludes chaldaicas.
	2. Gihon.	
	3. Peratus.	Exonerantes se in sinum persicum.
	4. Hiddechel.	

13. Manet autem adhuc locus, sed non hortus; quippe qui à deluvio (ut credibile est) obrutus & deformatus.

14. Quapropter commenta sunt ista, Paradysum adhuc superesse in terris, nec illum locum attigisse aquas deluvii: Eliam autem & Henochum ibi manere, & in posterum contra Antichristum venturos: Locum etiam illum ab hominum cognitione esse remotissimum.

15. *In hoc autem loco fuerunt duæ arbores.*	1. Scientiæ boni & mali.
	2. Vitæ.

16. Arbor ſcientiæ boni & mali non inde ſortita eſt nomen, ac ſi à forma eſſet rationalis, & ſciret bonum & malum, vel ab effectu per ſe, quod hominibus ſcientiam boni & mali potuiſſet efficere, ſed ab eventu, quo homo ab ea comedans experiretur, quid eſſet bonum, quod amiſiſſet, & malum quod contraxiſſet.

17. Arbor vitæ iſto nomine inſigniebatur, non quod ſemel guſtata hominem redderet immortalem, ſed à Sacramentali & myſtica ſignificatione, quâ obſignabat *Adamo* immortalitatem, quamdiu obedientiam præſtans non comederet de iſto fructu.

TRACTATUS *De hac re*

1. S*Ententiarii ad* 2 ſent. diſt. 24.
2. *Summiſtæ ad* 1. 2. Aq.
3. *Gandavenſis quodlib.* 6. *q.*11.
4. *Pererius in geneſ.* l. 5.
5. *De Valent.* Tom. 1. d. 7. q. 2. punct. 2.
6. *Bellarm.* Tom. 4. *de gratia primi Hominis.*

Vide è Noſtris.

1. Z*Eæmannum de gratia primi hominis* cap. 7.
2. *Ferium in ſpec.* cap. 8. & 10.
3. *Zanchium de operibus* l. 3. p. 3.
4. *Pareum in Bellarminum*
5. *Willetum contr.* 17.
6. *Trelcatium* l. 3. l. 1.
7. *Alſtedium in Polem.* p. 4. *contr.* 4.
8. *Polanum in Syntagm.* l. 5. c. 34.
9. *Chemnicium.* p. 1. pag. 88.

10. *Suave*

10. *Sua*; l. 2. pag. 151.
11. *Vorstium in Bellarminum.*
12. *Huberum* l. 1. c. 10.
13. *Scharpium pag.* 343.
14. *Calvinum Institut.* l. 1. cap. 15.

Quæstiones.

1. IN *Creatura possit esse Imago Dei?*

2. *Angelus magis sit ad Imaginem Dei, quàm Homo?*

3. *In homine sit Imago Dei, quantum ad essentiam, aut quantum ad Trinitatem Personarum?*

4. *Hæc Imago fuerit conformitas ad humanam Christi naturam suscipiendam?* Zeæman. de Imagin. Dei. cap. 1. *art.* 7. pag. 34.

5. *Imago Dei fuerit ipsius animæ essentia?* Id. Ibid. *art.* 6. pag. 33. *confer.* Bell. *de amissione gratiæ & statu peccati* lib. contr. *Illyricum.*

An

6. *Imago Dei consistat aliquo modo in ipsius animæ essentia?* Zeæman. *art.* 5.

7. *Homo creatus fuerit in puris naturalibus?* Zeæman. *V. S.* cap. 6. *Timplerum Empsych.* cap. 1. problem. 12.

8. *Homo cum aliquo bono supernaturali fuerit conditus?* Bell. à cap. 1. ad 10.

9. *Imago Dei, gratia gratum faciens, & originalis justitia inter se differunt?*

10. *Imago & similitudo idem sonent?* Pereus *in* Bell.

11. *Justitia Originalis fuerit* Adamo *ante lapsum naturalis?*

12. *Potuerit esse cum peccato mortali aut veniali?* Zeæman. *c.* 1.

13. *In natura integra fuerit hominis naturalis propensio ad malum?* Homm. *pag.* 343.

14. *Sine speciali Dei gratia potuerit homo in bono perseverare?* Ibid. Homm. Bell. *c.* 4.

15. *Homini datum fuerit na-*

turale

turale adjutorium per quod potuerit absque novæ gratiæ additione tentationi resistere? Zeæman.

16. *Si homo nunquam peccasset, naturaliter nunquam mortem oppetiisset?* Bell. *c.* 8. Zeæman. *V.S.* c. 8.

17. *Fœmina ad Imaginem Dei fuerit condita?* Zeæman. *c.* 10.

18. *Costa, ex qua condita erat fœmina, ad integritatem corporis* Adami *spectabat?* Ibid. *pag.* 227.

19. *In resurrectione costa illa, è qua Eva erat formata,* Adamo *vel* Evæ *sit reddenda?* Ibid. *pag.* 229.

20. *Per generationem naturalem homines in statu Innocentiæ sine peccato fuerint propagati?* Ib. *cap.* 11.

21. *Adamus uxorem in Paradyso cognoverit?* Ib.

22. Nati *in statu innocentiæ in ipso* Nativitatis *Exordio perfectionem staturæ & perfectionem membrorum habuerint?* Ib.

23. *Homo in ſtatu Innocentiæ cibis indiguerit?* Ibid.

24. *Fœminæ quoque fuerant naſcituræ?* Ibid.

25. *Num vir in quolibet actu, quo cognoviſſet uxorem, ſuſceperit ex eâ prolem?* Ibid.

26. *Paradiſus adhuc ſuperſit?* Homm. Zeæman. *cap.* 15.

27. *Poſſit ſciri ubinam olim fuerit?* Ibid.

28. *Nilus & Ganges fuerint ex quatuor fluminibus paradiſi?* Zeæman. *cap.* 14.

29. *Paradiſus obrutus fuerit aquis tempore diluvii?*

30. *Henoch et Elias in eo uſque ad adventum Chriſti ſerventur?*

31. *Beſtiæ etiam in ſtatu Innocentiæ vixerint in Paradiſo?* Zeæman. *cap.* 13. *art.* 5.

32. *Arbor ſcientiæ boni & mali vim aliquam habuerit acuendi ingenii?* Zeæm. *c.* 16.

33. *Arbor vitæ habuerit virtutem in ſe hominem à morte conſervandi?* Zeæm. Ibid.

LOCUS.

LOCUS. XXI.

De Malo.

1. HOmo destitutus à gratia, incidit in omne malum.

2. *Malum autem est duplex*
- 1. Culpæ, sive perversitatis & dicitur peccatum.
- 2. Pœnæ, sive adversitatis.

3. Peccatum est legis transgressio. 1 *Joh.* 3. 4. sive aversio à Deo, & conversio ad creaturam.

4. Itaque est quiddam privativum non negativum; & non privativum merè, ut quies est respectu motus, sed mixtum ex defectu constans & pravo affectu, ut morbus est privatio sanitatis. *Nec* causam habet efficientem, sed deficientem. *Aug*

5. Materia verò, circa quam versatur, & in qua est, est bonum. Forma consistit in deformitate, & finis ipsius est τὸ ἔσχατον potius quàm τέλος.

6. Et omne peccatum est suâ natura mortale, & per Christum tantum veniale. Nec tamen omnia peccata sunt æqualia, sed alia aliis graviora, prout à Legis linea magis minusvè deflectunt.

7. *Peccatum est duplex*
- 1. Primum.
- 2. à primo ortum.

8. *Causa primi peccati est duplex.*
- 1. Tentatio Sathanæ.
- 2. Assensus liberi Arbitrii.

9. Igitur Deus non est Author peccati. Nunquam enim decrevit, ut *Adamus* caderet, sed decrevit non sustentare ne caderet. Unde lapsus consequens erat decreti, non effectus.

10. *Siquidē concurrit Deus ad actionē malam vel*

1. Effectivè, idque vel

1. Physicè, ex parte actionis, motus aut operis in voluntate perversa.

2. Moraliter, quatenus occulto ordinat judicio, ut peccatum sit peccati pœna, & suæ justitiæ illustratio.

2. Permissivè, tantùm quoad obliquitatem, & malitiam, quæ actionem inficit.

11. *Ergo in actionis*

1. Initio, Deus voluntates malas non efficit, sed malas existentes disponit.

2. Medio, Author est actionis, non Anomiæ.

3. Fine, circumscribit, & limitat.

12. Unde omnia bona vult approbativè, mala tantum permittit, hoc est non impedit potentia, sed præcepto.

13. Deus, qui omnia efficit ex consilio voluntatis suæ *Ephes.* 1. 11. permisit hominem tentari.

Idque vel ut

1. Prius ostenderet, quid esset liberum arbitrium; postea quid possit gratiæ beneficium & justitiæ indicium. *August.* de corrupt. & gratia. *cap.* 20.
2. Quia scivit magis ad bonitatem pertinere, de malis benefacere, quàm mala esse non permittere.

14. Peccatum primum erat transgressio *Adami* in Paradiso.

15. *Hujus*

15. *Hujus 4. observantur gradus.*
1. Suſpicio Invidiæ;
2. Infidelitas.
3. Superbia.
4. Gula.

16. Itaque in genere non unum erat peccatum ſed peccatorum maſſa, nec fuit præcipue ſuperbia, ut contendunt Papicolæ, ſed potius ut habent noſtri, Infidelitas & incredulitas.

17. Et *Adami* peccatum erat gravius peccato *Evæ*, & omnium peccatorum, quoad extenſionem, & ingratitudinem graviſſimum.

Quæstiones.

1. MAlum ſit aliquid? Aq, diſp. de malo q. 1.

2. Malum ſit in bono? Ibid. q. 2.

3. Bonum ſit cauſa mali? q. 3,

4. Rectè dividatur in malum culpæ & pœnæ? q. 4.

5. Culpa vel pœna plus habeat de ratione mali? q. 5.

6. In omni peccato ſit aliquis actus? Ibid. de peccato art. 1.

7. Peccatum conſiſtat in actu voluntatis tantum? art. 2. Ibid.

8. Aliqui ſint actus indifferentes? Ibid. art. 5.

9. Circumſtantia aggravet peccatum, nec det ſpeciem? Ibid. art. 6. & 8.

10. Omnia peccata ſint paria? Ibid. art. 9.

11. Pecca-

11. *Peccatum diminuat bonum naturæ?* Ibid. *art.* 11.

12. *Sit aliquod peccatum suâ naturâ veniale?* q. d. 3. 157. & *v.* 7. 107. & 285.
Bellm. *de amiss. gratiæ & statu peccat.* l. 1. *per* cap. 12. *ultima.*
Valent. *To.* 2. *d.* 6. *q.* 18. *p.* 1, 2. 3.
Lombard. 2. *sent. dist.* 42. & *in illum* Vorelon. Soncinus.
Rada *copiose in* 2 *sent. cont.* 17.
Durandus Ibid. & Æstius *in eundem locum.*
An < Becanus *in* Enchirid. *l.* 1. *c.* 14.
Smithæus *in* Collat. *c.* 15. *art.* 5.

13. *Deus sit causa peccati ex sententia Reformatorum?* Pesant. *in l.* 2. Aq. *q.* 79. *disp.* 1.

14. *Actio peccati sit à Deo?* art. 2.

15. *Diabolus sit causa peccati?* Ibid. *art.* 3.

16. *Diabolus possit inducere hominem ad peccandum interius suadendo?* Ibid. *art.* 4.

17. *Omnia*

17. *Omnia peccata à Diabolo ſuggerantur?* Ibid. *art.* 5.

18. *Ignorantia ſit cauſa peccati?* Ibid. *art.* 6.

19. *Ignorantia ſit peccatum?* Ib. *art.* 7.

20. *Ignorantia excuſet peccatum vel diminuat?* Ib. *art.* 8.

21. *Sit poſſibile, ut aliquis ſciens ex infirmitate peccet?* Ib. *art.* 9.

22. *Infirmitas peccatum diminuat?* Ibid. *art.* 11.

23. *Aliquis peccet ex certa ſcientia à malitia?* Ibid. *art.* 12.

24. *Gravius ſit peccatum ex malitia, quàm ex infirmitate?* Ib. *art.* 13.

LOCUS

LOCUS XXII.

De peccato in Specie: & de Originali.

1. SIc de peccato primo ſive peccato in genere; ſequitur peccatum à primo ortum.

2. *Quod eſt duplex* { Originale. / 2. Actuale.

3. Peccatum Originale eſt vitioſitas hæreditaria, quâ propter inobedientiam *Adami*, omnes ex eo naturaliter, & prognati & propagandi, utriuſque mali, tum Culpæ, tum Pœnę Rei efficiuntur.

4. Ortum duxit à peccato *Adami* perſonali, nec eſt tantum naturalis defectus, ſed moralis pravitas, ſive Affectus.

5. *Nam*

5. *Nam personale hoc peccatum hæc tria invexit mala.*
- 1. Participationem transgressionis hujus primæ *Adami*.
- 2. Corruptionem & pravitatem humanę naturæ.
- 3. Reatum seu obligationem ad pœnā
  - 1. Temporalē.
  - 2. Æternam.

6. Propagatur autem non Exemplo tantum ex imitatione, sed Epidemica contagione.

7. Propagatio hęc fit per semen mixtum parentum, quod radicaliter infectum & peccatum habens in se (ut materia prima quantitatem indeterminatam,) forma infusâ & massam hanc actuante, emergit hoc peccatum originale veluti è potentia materiæ, & fit peccatum totius compositi, in omnibus iis, qui sunt ex *Adamo* per generationem.

8. Immunes

8. Immunes autem non ſunt ab hac labe & ejus fructibus, vel fidelium Infantes, vel *B.* Virgo Maria.

9. *Tollitur autem in hac vita duobus modis, vel quoad*
- 1. Reatum per Juſtificationem perfectè, ab adultis & infantibus.
- 2. Corruptionem inchoatè in hac vita.

10. Unde non tollitur in hac vita, ut non ſit, ſed ut non imputetur.

11. Quare non eſt ſubſtantia ipſius animæ, aut ipſa imago diaboli, ut perperam docuit Illyricus, niſi per ſubſtantiam intelligamus, naturam hominis corruptam.

12. Nec eſt ipſa concupiſcentia, quæ eſt in malis, ſed hujus concupiſcentiæ radix & fundamentum.

13. Unde iſta concupiſcentia cum ſit contra mandatum perverſa inclinatio, verè & propriè eſt peccatum.

14. *Siquidem*

14. *Siquidem perversæ istæ inclinationes sunt vel ab*

1. Externa suggestione Sathanæ, & ita non sunt peccata nisi consentias, sed tentationes ad peccandum irritantes.
2. Internâ carnis corruptione, & sic ante consensũ sunt peccata.

Qua,

Quæstiones.

An { 1. D*Etur Originale peccatum?* Valent. Smalc. *in refut. Thes.* Wolfgang. Frantzii *disp.* 2. *ad Thes.* 2. *Socinum de Christo servatore* part, 7. c. 6. *Ost: & Porta* c. 27. p. 308.


2. *Anima sit ex traduce?* Smalcius *cont. Thes.* Frantzii *ad Thes.* 18. }

LOCUS. XXIII.

De Peccato Actuali.


1. PEccatum actuale est dictum, factum, vel concupitũ commissum vel omissum contra legem æternam. *August.* lib. contra Faustum Manichæum. 12. cap. 27.

2. Hoc, usque adeo est voluntarium ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. *Augustin.* lib. de religione. *cap.* 14.



2. Irremissibile.

4. Scandalum est offendiculum, dicto, facto, exemplo aut consilio objectum, quo proximus contristatur, turbatur, & in errorem inducitur, aut confirmatur. *Rom.* 14. 15. 2 *Cor.* 8. 9.



6. Peccatum irremiſſibile eſt peccatum in Spiritum Sanctum, quod neque remittitur in hoc, neque in futuro Seculo.

7. Eſt igitur Apoſtaſia univerſalis, à Chriſto & ab Evangelio evidenter cognito, ex odio veritatis nata, & hypocritica oppugnatione conjuncta.

8. *Hujus tres ſunt gradus.*
- 1. Malitioſa abnegatio.
- 2. Perſecutio.
- 3. Finalis impœnitentia.

LOCUS.

LOCUS. XVI.

De malo Pœnæ.

1.  RæceſſitMalum culpę; ſequitur ejus vindex pœnæ. Malum pœnæ eſt damnum vel ſupplicium propter reatum peccati, tam originalis, quàm actualis à juſto judice inflictum.

2. *Eſtque vel*
1. Propriè dictum ſupplicium.
2. Analogicè, Afflictio.

3. Pœna propriè dicta eſt ſatisfactio ad ultimum quadrantem, Et,

4. Est vel
- 1. Τιμωρία.
- 2. Λύτρων.

5. Τιμωρία est, quâ Deus ulciscitur peccata Improborum *Psal.* 94. 1.

6. Estque vel
- 1. Spiritualis, eaque vel
  - 1. Desertio unde
    - 1. Ignorantià in intellectu.
    - 2. Pravitas in voluntate.
    - 3. Imbecillitas in memoria.
  - 2. Induratio.
- 2. Corporalis.

7. Desertio est vel
- 1. Perpetua.
- 2. Temporalis.

8. De-

8. Desertio perpetua est pœna vel vindicta, quâ Deus Reprobos tradit in potestatem Sathanæ.

9. Desertio temporaria est non ad ruinam sed ad medelam.

10. Estque vel
- 1. Explorationis, ut in primis parentibus.
- 2. Correctionis. *Esaia* 54. 7.
- 3. Exactionis pœnæ pro humano genere, quomodo Deus deseruit Christum *Ps.* 22. 1. *Matt.* 27. 46.

11. Induratio est, quâ Deus tradit homines in sensum Reprobum, ut proprio scelere indurati magis indies occalescant, sic Deus induravit Cor *Pharaonis*.

12. *Vindicta corporalis plectit corpus vel*
- 1. Remotius
  - 1. Maledictione creaturæ.
  - 2. Exilio à Paradiso.
- 2. Proprius
  - 1. Deformitate.
  - 2. Morbis.
  - 3. Dolore.
    - 1. Communi utrique sexui.
    - 2. Peculiari, ut Matribus in partu.

13. Λύτρον Est pœna pro expiando peccato alieno, quale erat illud Christi infiniti pro nobis pretii.

14. Pœna analogicè dicta est crux sive afflictio bonorum, sive sit afflictio totius Ecclesiæ, sive singulorum fidelium.

15. *Estque vel.*
- 1. Παιδεία, Castigatio.
- 2. Δοκιμασία, Exploratio.
- 3. Μαρτύριον, Martyrium.

Ita tamen ut eadem afflictio, quæ est παιδεία respectu Dei, respectu instrumentorum possit esse, & respectu nostri μαστίγωσις sive Castigatio.

16. Castigatio est pœna, quâ Deus suos erudit in Schola Crucis, ne pereant: quo pertinet illud Basilii, παθήματα, μαθήματα.

17. Δοκιμασία est exploratio divina, quâ Deus probat piorum fidem & obedientiam.

18. *Estque vel*
- 1. Interna, inter carnẽ & Spiritum.
- 2. Externa, ut in ulcere *Ezechiæ*.
- 3. Mixta, ut in *Jobo*.

19. Martyrium est afflictio propter Christum, Estque.

20. *Vel*
- 1. Incruenta in
  - 1. Calumniis.
  - 2. Ignominia.
  - 3. Exilio.
- 2. Cruenta, in sanguinis ipsius effusione.

LOCUS,

LOCUS XXV.

De Gratia.

1. VIdimus hominem in proprio peccatorum cœno volutantem, ſequitur ipſius reſtitutio per gratiam.

2. Gratia eſt gratuita Dei benevolentia, quâ omnia ipſius beneficia homini miſerrimo proponuntur & conferantur.

3. *Eſtque vel* { 1. Generalis. 2. Specialis. }

4. Generalis, quâ juxta Gubernatricem providentiam in libro naturæ & Scripturæ ſalutaria indulgentur media.

Hæc

5. Hæc extenditur ad omnes ut existant, conserventur, & multis beneficiis temporalibus afficiantur, quâ vult etiam singulos salvos fieri, sed non facere. *Act.* 17. 1 *Tim.* 4. vulgo dicitur auxilium.

6. Specialis est quâ nonnullos præ cæteris amplectitur & exornat.

7. *Qui sunt vel*

1. Extra Christum, hinc *Aristotelis* acumen, *Ciceronis* eloquentia, & id genus Ethnicorum gratiæ gratis datæ.

2. In Christo, quæ est non tantum externa per verbum & Sacramenta invitatio, motio, aut moralis persuasio, vel alliciens aut afficiens interna qualiscunque illuminatio; sed efficax per Spiritum Sanctum tractio, quâ sic operante, irresistibiliter peccator convertitur, & cooperante infallibiter ad finem

nem usque perseverat. Joh. 6. 44.

2. Gratia ista quæ animam facit gratam Deo, non est habitus, qui in nobis insidet, sed donum in dilecto illo extrinsecus collatum.

2. Et cum sit sufficiens semper est efficax, quia sufficientia illa tollit omne obstaculum, quo impeditur ejus efficacia.

8. *Itaque* 3. Et efficacia hæc in prima peccatoris conversione, non pendet à cooperatione liberi arbitrii cũ gratia, sed vividâ Dei actione externa, per verbum & Sacramenta; interna, per supernaturalem Spiritus Sancti operationem, quâ, ex stupentibus & nolentibus volentes primitus efficimur. *Phil.* 2. 4. Nec sufficiens

ficiens ad salutem conceditur omnibus, sive quoad externam illuminationem & renovationem, sed solummodo quoad ἀναπολογίαν. Rom. 1. 20.

9. Hujus effectus sunt vel

1. Ordinarii, Fides, Spes, Charitas, qui per gratiam prævenientem sive operantem infusi, per subsequentem seu cooperantem conservantur.

2. Extraordinarii, ut dona sive χαρίσματα Sanctis collata, de quibus 1 *Cor.* 14.

10. Postremo

10. *Postremo, ejusdē salutaris gratiæ perpendenda ulterius occurrunt*

- 1. Causa, Prædestinatio.
- 2. Subjectum, Liberum Arbitrium
- 3. Fructus
  - 2. Justificatio.
  - 2. Sanctificatio.

LOCUS.

LOCUS. XXVI.

De Prædestinatione.

1.  Rædestinatio est æternum, immutabile, inscrutabile Dei decretum creaturis intelligentibus statum perpetuum, prosperum aut asperum præfiniens.

1. Efficiens, est Dei solius beneplacitum. *Matt.* 11. *Rom.* 9. *Eph.* 1.
2. Forma, est certa ordinatio mediorum ad finem.

1. Summus, Dei Gloria.
2. Subordinatus,

2. Ejus

3. Finis — tus, manifestatio justitiæ & misericordiæ liberimi divini juris, in diversa prædestinatorum dispositione, prout Deo visum fuerit.

4. Materia sive objectum, est Creatura quatenus labilis; & in hoc differt à providentia, quod illa respicit omnes creaturas, hæc rationales sive intellectuales.

1. Non est ob prævisam fidem, aut opera in Christo Mediatore, aut salutarem liberi arbitrii usum, aut aliquid extra prędestinantem.
2. Qui prædestinantur ad fidem, prædestinantur ad

3. *Itaque*

ea, non propter ista media, aliter post-destinatio potius esset, quam prædestinatio *Eph.* 1. 4.

3. Non a priori sed a posteriori, ascendendo non descendendo, de prædestinatione sive Nostra, sive Aliorum, pie & sobrie est judicandum.

4. *Ejus partes duæ sunt*
1. Electio.
2. Reprobatio.
Certi aliquorum acceptorũ aut rejectorum numeri.

5. Electio est prædestinatio Creaturarum rationalium ad gratiosum beatumque finem.

1. Christi, quâ Deus ab æterno filium suum designavit, ut esset gloriosus, & gratuitus Mediator inter ipsum & quosdam Angelos & homines.

nes. *Matt.* 25. 4. 1 *Tim.* 5. 21.

6. *Est*-*que vel*

1. Angelorum, ad perpetuam cum primævâ unione cum Deo & fælicitate, conservationem. *Coloss.* 1. 15.

2. Christo unitorum, quæ est ulterius vel.

2. Hominum, quâ constituit Deus certos quosdam homines ex massa peccati in Christo misericorditer liberare, & per certa media ad salutẽ perducere. Itaq; ut respicit Personas ad gloriam; ut refertur ad media

ad gratiã dicitur præparatio.

7. Atque isti nomina habent inscripta in libro vitæ, non providentiæ tantum & judicii, sed Agni & prædestinationis è quo nunquam deleantur.

8. Reprobatio est prædestinatio, quâ constituit Deus certas Creaturas rationales à ruina non conservare, sed sponte lapsos justis pœnis addicere.

9. *Itaque duos continet in se Actus*
1. Negativum, qui est nuda præteritio, & opponitur electioni cõcontradictoriè.
2. Affirmativum, quo lapsum prius constituit propter peccatum cõdemnatum, & opponitur justificationi contrarie.

10. *Re-*

10. *Reprobatio est vel*

1. Angelorum, qua Deus decrevit Angelos lapſos relinquere in ſtatu miſeriæ ſine notabili benignitate temporaria. 2 *Pet.* 2. 4. *Jud.* 4. 6.

2. Hominum, quâ decrevit certos homines in maſſa peccati volutantes præterire, & tandem propter peccata ſpontaneè cõtracta juſte condemnare.

11. Itaque condemnatio ſemper preſupponit peccatum, quod reprobationis conſequens eſt tantum, non effectus; ſequitur enim ſolummodo hominem neceſſario ruere, niſi Deus illum ſuſtentat, non Deum peccare, qui homini non dat quod non debet.

LOCUS. XXVII.

De Libero Arbitrio.

1. SAtis de Prædeſtinatione ſalutaris gratiæ cauſa; ſequitur Liberum Arbitrium ejuſdem ſubjectum.

2. Liberum Arbitrium eſt intellectus & voluntatis facultas, quâ objectum aliquod ab intellectu monſtratum, voluntas citra coactionem vel eligit vel repudiat, unde

3. Dicitur arbitrium reſpectu intellectus, liberum, ratione voluntatis. *Lomb.* 2. *Sent. Diſt.* 24.

4. *In hoc, ſpectanda occurrunt* { 1. Natura. 2. Vires.

5. Natura

5. Natura liberi arbitrii excludit omnem necessitatem physicam vel coactionis, non immutabilitatis determinatæ ad unum in genere, aut dependentiæ, aut miseræ servitutis. Determinatio enim non repugnat libertati, sed coactio.

6. *Determinatur autem libertas voluntatis vel*
- 1. Externe ad
  - 1. Bonum, à Deo per gratiam.
  - 2. Malũ, per mundũ & Diabolum.
- 2. Interne per
  - 1. Peccatum inhabitans.
  - 2. Ultimum judicium intellectus practici.

7. In quibus omnibus manet libertas illius essentialis, quæ consistit in Spontaneitate, & potentia subjectiva ad indifferentiam; sed non executiva sive exercitii ad hoc, vel ejus con-

trarium volendum.

8. *Æstimantur vires ejus vel ratione*
- 1. Subjectorum.
- 2. Objectorum.

9. *Quoad subjecta habet se voluntas*
- 1. Immutabiliter ad
  - 1. Bonum.
    - 1. Naturâ, ut in Deo.
    - 2. Gratiâ, sive Sanctione divina in Angelis & Sanctis triumphantibus.
  - 2. Malum, in Diabolis & damnatis, nisi dicas hanc labilitatem potius esse quâ libertatem.
- 2. Indifferenter ad utrumlibet in hominibus. Deus enim creavit hominem labilem.

- 1. Naturales, sic cognoscit homo Deum esse, sedit, ambulat.
- 2. Morales, ita orat, jejunat,

10. *Objecta voluntatis sunt Actiones humanæ, quæ sunt*

jejunat, eleemosynam dat, facit quod bonum est, sed non bene.

3. Spirituales, 1. Salutares, sic non habet liberum arbitrium à natura corruptum, sed liberatum per gratiam. 2. exitiales, ita præceps fertur per peccati tyrannidẽ ad omne malum, nec potest seipsum erigere ad sui ipsius conversionem, nisi hoc totaliter accipiat ab efficaci gratia.

LOCUS.

LOCUS. XXVIII.

De Fide & Justificatione.

1. S*Ubjectum gratiæ excipit duplex ipsius fructus*
- 1. Justificatio per fidem.
- 2. Sanctificatio per bona opera.

2. Fides est habitus per predicationē Evangelii à Spiritu Sancto in animis hominum effectus, quo verbum Dei intellectus percipit, voluntas assentiendo amplectitur, & cor promissiones in Christo fiducialiter, & perseveranter applicat ad Dei gloriam, & Credentis Justificationem.

1. Actus, non est notitia tantum, vel simplex assensus historicus, quo gloriantur Dæmones: vel affectus

affectus momentaneus, quē consequuntur προόσκαιροι, vel miraculorum operatio, quod Rejectis competat: sed certa etiã fiducia in Christum, quę notitiam & assensum illum necessario præsupponit.

3. *Ergo ejus*

2. Subjectum, non est intellectus tantum qui agnoscit, aut voluntas quæ assentitur, sed cor quod inititur.

3. Objectum, non quælibet Dei revelatio, sed promissiones gratiæ in Evangelio nobis potissimum patefactæ.

4. *Justitia*

4. Justitia Christi est duplex
1. Passiva, quâ pro peccatis nostris satisfecit, unde peccatorum remissio.
2. Activa, quâ legem nostra vice implevit, unde vitam æternam consequimur.

5. Justificatio est actus Dei judicialis, quo hominem in se peccatorem, sed credentem in Christum, & justitiam ejusdem vera fide apprehendentem, declarat per eandem à reatu mortis illum absolutum esse, & jus habere ad vitam æternam.

6. Justificat autem
1. Pater, admittendo & imputando.
2. Filius, satisfaciendo & Advocatum agendo.
3. Spiritus Sanctus, revelando & obsignando.
4. Fides, apprehendendo & applicando.
5. Opera, manifestando & declarando.

7. Ex

7. Ex parte igitur hominis fides sola justificat, non formaliter, quatenus est qualitas inhærens, vel ob meritum, vel acceptationem: sed relativè, quatenus est instrumentum quo Christi merita apprehendimus & nobis applicamus. unde,

8. Hujus fidei charitas non est forma sed fructus, & pœnitentia est justificati conditio non causa justificationis. Fides enim quâ justificat, non quæ justificat, est sine operibus, & sola dicitur in isto munere, non solitaria, respectu comitatus aliarum virtutum. Hinc διὰ τῆς πίστεως non διὰ τὴν πίστιν; per, non propter fidem justi declaramur, & per eam solam, licet non sit sola.

1. Omnis fidelis potest esse certus de sua justificatione & salute, non supernaturaliter tantum ex revelatione extraordinaria, aut conjecturaliter ex specie quibusdam signis innixa;

innixa; ſed fiducialiter ex indubitata fidei certitudine.

9. *Itaque*

2. Fides eſt electorum propria, & ſemel habita non poteſt amitti, quia non noſtra mutabilitate, ſed Dei decreto nititur.

3. Omnes fideles ſunt æquè juſtificati quoad peccatorum remiſſionem, per imputatam Chriſti juſtitiam; licet non omnes quoad ſenſum illud apprehendunt, & quoad inhærentem juſtitiam alius alio ſit multo Sanctior.

10. *Norma fidei generalis*

1. Diexodica, eſt tota Scriptura Canonica.

2. Sũmaria, eſt ſymbolum Apoſtolicũ quod conſtat quatuor partibus, & 12. Articulis. Uno de Deo Patre & crea-

creatione ſex; de Deo Filio & noſtra redẽtione; uno, de Sp. S. & noſtra Sãctificatione; quatuor de Eccleſia.

LOCUS XXIX.

De Sanctificatione, & bonis operibus in genere.

1. 
Ic de Juſtificatione: ſequitur ſanctificatio, quâ Deus in juſtificatis, gratia ſua cooperante, ſtudium pietatis dirigit ad conſtantem in bonis operibus profectum.

1. Objecto, quod in juſtificatione eſt ſatisfactio Christi, in Sanctificatione obſequium Chriſtiani.

2. Forma

2. Itaque differt à justificatione

2. Forma, quæ eſt in juſtificatione juſtitia imputata, in ſanctificatione inhærens.

3. Gradibus, quia hæc perfecta in hac vita: illa tantum inchoata.

4. Ordine, quia Sanctificatio prçſupponit fidem & juſtificationem.

3. Ejus partes duæ ſunt

1. Averſio à malo in veteris hominis mortificatione, non per pœnitentiam ſolam ſive μεταμέλειαν, ſed reſipiſcentiæ & contriti cordis μετάνοιαν.

2. Converſio ad bonum in novi hominis vivificatione, per abnegationem noſtri, & ſuavis Jugi Chriſti alacrē receptionem in operibus bonis prçſtandis.

4. *Bona*

4. Bona opera considerantur vel { 1. Generatim. 2. Speciatim.

5. In genere ſunt Actiones à Deo in verbo ipſius præſcriptæ, ut in illis Regenerati ex fide per gratiam ad Dei gloriam & proximi ædificationem ambulent.

6. Neceſſaria ſunt ad ſalutem neceſſitate medii & præcepti, non cauſæ; & ad juſtificationem neceſſitate præſentiæ non efficientiæ, haud aliter in Veteri Teſtamento & lege, quam Novo & Evangelio, utpote quæ ſunt via ad regnum, non cauſa regnandi.

7. Nec libertas Chriſtiana exleges reddit fideles, a debitis Deo, nobismetipſis aut proximo officiis, ſed à legis maledictione, peccati condemnatione, Satanæ & mortis tyrannide per Chriſti ἀπολύτρωσιν nobis per Spiritum S. obſignatum.

8. Interim opera Renatorum in

hac vita, utcunque ratione sinceritatis habeantur pro vere justis, ob inhærentes tamen defectus non sunt perfecta. Quia ubi incipit homo nolle fieri melior, ibi desinit esse bonus.

9. *Itaque impossibile est*

1. Justificatum, legem Dei posse implere absolute, sed tantum inchoate, comparate & imputative.

2. Opera quæcunque corā Deo justificari, multo minus de condigno aut congruo mereri aliquid à Deo: licet pii fidelium conatus pro Dei benignitate non destituuntur præmio, quod non expectant aut intuentur ut debitum, sed ut gratuitum ex pacto in Christo & propter Christum illis conferendum.

10. Norma bonorum operum summaria est decalogus, qui comprehendit

hendit omnia officia charitatis erga Deum in prima Tabula & 4. primis præceptis; secundo erga proximum in sex præceptis reliquis, quæ secundæ sunt Tabulæ, quibus accedunt cæteri omnes libri Canonici Canonicè, ut Amplissimi Commentarii.

LOCUS. XXX.

De bonis operibus in Specie.

CAP. I.

De Oratione.

1. HActenus de bonis operibus in genere, sequitur ut de iis aliquid adjiciatur in Specie.

2. *Bona opera in Specie sunt*
- 1. Oratio ad Deum.
- 2. Jejunium tibi.
- 3. Eleemosyna proximo.

3. Oratio est religiosa Dei vocatio, quâ mala depelli, & bona necessaria animæ & corpori, nobis & aliis dari petimus. Itaque dirigenda est tantum ad Deum, & impetratoria

potest

potest esse, non meritoria aut satisfactoria.

4. *Estque vel*
- 1. Mentalis Meditatio.
- 2. Vocalis
  - 1. Publica.
  - 2. Privata.

5. *Utraque est* 4. *lex*
- 1. Δέησις, obsecratio, qua malum deprecamur.
- 2. Εὐχὴ, Oratio, quâ bonum petimus.
- 3. Ἔντευξις, Intercessio pro aliis.
- 4. Εὐχαριστία, Gratiarum Actio.

6. Forma Orandi præscribitur in Oratione Dominica, quæ sive ex sex vel septem constet petitionibus, parum est laborandum, quibus Epilogus ex 6 *cap. Math.* authenticè adjicitur.

7. Officia divina ad Scripturæ normam ab Ecclesiis variè concinnata

religiosè sunt amplectenda. Nec horæ improbandæ sunt Canonicæ, quæ certæ possint haberi, vel ad tarditatem excitandam, vel ad devotionem exercendam. At conductitia monachorum guttura, & ad numerum sphærularum appensa peculiarũ munera: sive officia B. Virginis, aut Rosaria, & hujusmodi Linguâ exoticâ effusa penitus sunt aversanda.

8. Nec displacent Cantus & Organa modo absit superstitio, & cuncta ad ædificationem decenter referantur.

LOCUS.

LOCUS. XXXI.

De Jejunio.

CAP. 2.

1. JEjunium (non Spirituale, morale aut naturale, ſed) Religioſum, eſt voluntaria abſtinentia â cibo & potu pietatis causâ. Non eſt religionis aut cultus divini pars, ſed adjunctum preparatorium, nam *Abſtinet Æger*, *Egens*, *Cupidus*, *Gula*, *Simia*, *Virtus*.

2. Eſtque vel { 1. Privatum. / 2. Publicum.

 3. Priva-

3. Privatum est quod quisque sibi, aut Familiæ suæ ob causas privatas indicit, quod uniuscujusque arbitrio & prudentiæ religiosæ est permittendum.

4. Publicum illud est, quod vel olim à Deo ipso in *V. T.* fuit institutum, vel hodie ab Ecclesia, aut Magistratu publico in publicis Ecclesiæ necessitatibus indicitur.

5. In se est res adiaphora; & jejunia illa Pontificiorum ordinaria, nempe, Quadragessimæ, quatuor temporum, quartæ & sextæ feriæ, Vigiliarum & stationum ut ab illis in superstitiosum finem usurpantur, sub Ἐθελοθρησκίας nomine veniunt.

6. In omni vero jejunio Jejunans abstinere debet ab omni cibo aut potu: nec ciborum delectus ad Jejunii debitam celebrationem quicquam conducit, sed ad subditorum obedientiam. Unde,

7. Violat jejunium qui comedit præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.

8. Christus & Apostoli in *N. T.*

nulla

nulla certa jejunia, aut ciborum delectum nobis præſcripſerunt: proinde jejunium nec poteſt eſſe meritorium, nec ſatisfactorum.

CAP. 3.

De Eleemoſyna.

1. ELeemoſyna eſt opus miſericordiæ, ex amore & commiſeratione proximi propter Deum præſtitum, ad proximi inopiam ſublevandam.

2. *Eſtque vel* { 1. Spiritualis; ut inſtitutio, conſolatio. 2. Corporalis, de quibus Verſus. }

3. Viſito,

3. Visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo.

4. Non est res adiaphora sed à Christo mandata, non tamen præstando intuitu meriti aut præmii, tametsi præmium eleemosynis sit præpositum.

5. Dandum est de proprio aut de juste partis, injuste autem parta melius est erogare quàm retinere.

LOCUS. XXXIII.

De resurrectione Corporum.

1. TAntum de privilegiis Ecclesiæ in hac vitâ: sequuntur privilegia in sæculo futuro.

Quæ sunt
- 1. Mortuorum resurrectio.
- 1. Vita æterna, cui opponitur Mors æterna.

2. *Resurrectio sumitur vel*
- 1. Metonymice. *Job.* 11. 25.
- 2. Proprie.

3. Resurrectio est Restitutio ejusdem corporis humani ad vitam, in eadē substantiâ demptâ mortalitate, quæ potenti Dei virtute fiet in novissimo die ad Dei gloriam.

4. *Estque vel*
1. Particularis & extraordinaria, quales 10 numerantur in Sc.
2. Universalis, omnium.

5. *Ejus causæ*
1. Efficiens est Deus Pater, Filius & Spiritus S.
2. Forma, quæ fiet ad adventum secundum Christi cum Angelis ad clangorem tubæ die nobis ignoto *Matth*. 24. 31.
3. Materia, eadem numero corpora.
4. Finis, ut unusquisque recipiat secundum opera.

LOCUS

LOCUS XXXII.

De vita Æterna.

1. VIta æterna eſt vita gloriæ, quâ anima corpori ſuo reſtituta & evecta ad ſummũ ſuæ felicitatis culmen, Deo in æternum fruitur.

2. *Ejus gaudium*
- 1. Objectivum, eſt omnibus quà glorificatis æquale.
- 2. Subjectivum, diverſum, ſecundum (non propter) opera diverſa in via præſtita.

- 1. Efficiens Principalis eſt Deus *Joh.* 6. 4.
- 2. Meritoria, Chriſtus. *Joh.* 14.

14. 6.

3. *Causæ*

3. Instrumentalis offerens, est Evangelium. *Rom.* 1. 16.

4. Instrumentalis recipiens, est fides. 1 *Pet*. 3. 9.

5. Obsignans, est Spiritus S. *Act.* 14. 22.

LOCUS XXV.

De Morte Æterna.

1. 
Ors æterna est ineffabilis & horrenda reproborum conditio post hanc vitam in igne infernali.

1. Efficiens remota est Deus, quà justus Judex: instrumentalis Satan: proxima sive meritoria, peccatum.

2. Finis


2. *Ejus Causa*

2. Finis summus est gloria divinæ justitiæ: proximus, justa impiorum condemnatio, quatenus habet rationem Boni.

3. Materia, Maledicti operarii iniquitatis.

4. Forma, pœnæ perpetuę & ineffabilis in inferno, loco, cælo Beatorum maxime opposito.

3. Pœnæ damnatorum pro ratione peccatorum futuræ sunt inæquabiles, ceu inęquales.



FINIS.

